DE
COMOEDIAE ATTICAE PRIMORDIIS.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

CONSENSU ET AUCTORITATE

IN

ACADEMIA GEORGIA AUGUSTA

AD

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE IMPETRANDOS

CONSRIPSIT

HERMANNUS EDUARDUS SIECKMANN

MINDENSIS.

GOTTINGAE

TYPIS EXPRESSIT OFFICINA ACADEMICA HUTHIANA.

MCMVI.

DE DISSERTATIONE PROBANDA
AD ORDINEM PHILOSOPHORUM RETTULERUNT
F. LEO ET E. SCHWARTZ.

EXAMEN RIGOROSUM HABITUM EST A. D. VII. KAL.
AUG. A. MCMVI.

MATHILDAE SIECKMANN

DE GENTE GRAMCKO

MATRI

AUGUSTAE GRAMCKO

MATERTERAE

S.

A. De histrionum partibus.

a. De Aristophanis comoedia.

Ex eis, qui in comoedia Attica operam posuerunt, Zielin'ski (Gliederung der altattischen Comödie 1885) in primordiis eius cognoscendis optime mihi videtur elaboravisse et eo, quod agonem, etsi non primus palam fecit, tamen adeo illustravit, ut quanti sit momenti ad comoediae prima incrementa pervestiganda constet, et quod haud pauca quamvis obscure iecit, unde magnum fructum cepi. Sed procul dubio erravit, quod trimetros, quamquam prisca sunt formatione eaeque partes comoediarum, quibus quasi ingenerati sunt, compositionem, quae antiquitatem redoleat, exhibent, recentioris originis esse et parodum, agonem, parabasim antiquissimum comoediae exemplar explere autumat. adversarium autem nactus est Poppelreuterum (De comoediae Atticae primordiis 1893) contendentem parabasim trimetros exodum esse stirpem antiquissimae comoediae; qui tamen ne ipse quidem metam evitavit et magnopere lapsus est in iudicio suo, quod, si eius ratio constaret intellegi nequiret, unde agon deducendus esset.

Quae cum ita sint, denuo mihi sumpsi pervadendum per caliginem, quae incubat comoediae Atticae primordiis; quod ut ratione fiat ac via, opus est, ut compositionem Aristophanis comoediarum enodemus et explicemus, quousque possumus.

Nemo est, quin sciat omnes fere Aristophanis comoedias — ut in universum et generatim dicam — parabasi duas in

partes dividi: priore continentur plerumque prologus parodus agon, altera scaenae illae scurriles, quarum naturam optime designavit Poppelr.; quae insunt in priore parte excepto prologo maximam partem versibus longis conscripta sunt, quae in altera trimetris.

Verum ne acquiescamus in hac re.

Agon, prioris partis gravissimum elementum, speciem fabellae cuiusdam praebet, quae etiam seiuncta ex contextu scaenarum, quae ei circumfusae sunt, per se ipsa intellegi possit; num verisimile est homines antiquis temporibus, cum comoedia vigere coepit, illis, quae ex dramate, quod egerant, i. e. ex agone, effecta erant, usos esse ad novam tamquam fabulam condendam? — nam illud didicimus ex Poppelreuteri disquisitionibus actionem trimetris circumscriptam esse iustum drama. nonne consentaneum est initio artis unam rem uno metro et uno genere compositionis absolutam scaenae traditam esse?

Praeterea autem compositione, ut dixi, illae duae partes inter se differunt. In commentariis enim veteribus, si partes comoediae enumerantur (Kaibel, com. gr. frgm. p. 43, 52, passim), eaedem proferri solent, quas Aristoteles tragoediae vindicavit art. p. cap. XII: id quod, quamquam ad comoediam non facit omni ex parte, cum prior pars epirrhematice[1] exstructa sit, tamen ad trimetros comoediae, quippe qui episodia affectent, praeclare quadrat; ergo compositione duae illae partes prorsus diversae sunt. quae cum ita sint, haec oritur quaestio: ut in tragoedia chorus et histriones tantopere inter se differunt, ut nullo modo ex eadem radice, ut aiunt, enati esse possint, ita in comoedia chorus et actores inveniuntur et ad diversam originem revocandi sunt. sed in histrionum quoque partibus — choro enim post occupati tenebimur — discri-

1) de hac notione cf. p. 12.

mina exstant, quae quo pertineant, dictum est, tam gravia et tam magna, ut iterum quaerendum sit, nonne hae quoque partes duobus ex fontibus manarint.

Sed priusquam ex ipsis fontibus haurire possimus, arduam viam debemus emetiri. agedum de discrepantiis ipsis disseramus.

Acharnenses carent agone. et quod totam fere huius fabulae priorem partem mirum in modum trimetris persecutus est poeta, de eo tum demum, cum hanc quaestionem ad finem perduxero, disputari poterit. egregia autem nobis praebet exempla compositionis episodicae altera pars:

719—835 trimetri: Megarensis venit filiolas suas pro porculis venditurus

836—859 stasimum.

860—970 trimetri: institor Boeotus inducitur venditurus anguillas; praeterea in scaenam prodeunt Nicarchus et servus Lamachi.

971—999 stasimum (parabasis).

1000—1007 trimetri: praeco intrat.

1008—1017 stropha.

1018—1036 trimetri: agricola intrat.

1037—1046 antistrophus.

1047—1142 trimetri: intrant paranymphus. Lamachus. nuntii A et B.

1143—1173 stasimum.

1173—1189 trimetri: apparet servus.

Equites.

247—302 parodus.

303—334 stropha.

335—381 tetrametri: disputant chorus Demosthenes Cleon Isiciarius.

382—408 antistrophus.

409—456 tetrametri: disputant eidem.
457—460 stasimum.
461—497 trimetri: histriones scaenam relinquunt.
498—610 parabasis.
611—616 trimetri: Demosthenes (cf. p. 55) et Isiciarius apparent.
617—623 stropha.
624—682 trimetri: narratio Isiciarii.
683—690 antistrophus.
691—755 trimetri: Cleon ėt Demus apparent.
756—781 stropha.
782—835 tetrametri: disputatio Cleonis et Isiciarii Demo iudice.
836—842 antistrophus.
843—940 tetrametri: disputatio Cleonis et Isiciarii.
942—972 trimetri: Cleon et Isiciarius exeunt.
973—996 stasimum.
997—1110 trimetri: Cleon et Isic. intrant et exeunt.
1111—1150 commus.
1151—1263 trimetri: Cleon et Isic. intrant et exeunt.
1264—1315 parabasis.
1316—1408 tetrametri + trimetri: Demus apparet.

Nubes.

275—290 stropha.
291—297 tetrametri: Socratss et Strepsiades.
298—313 antistrophus.
314—456 tetrametri: chorus Socrates Streps. colloquuntur.
457—475 commus.
478—509 trimetri: Socrates et Streps. exeunt.
510—626 parabasis.
627—699 trimetri: Socr. et Streps. intrant; sub finem Socrates exit.
700—722 commus (stropha?)

723—803 trimetri: Socrates intrat; sub finem et Socr. et Streps. exeunt.

804—813 stasimum (antistrophus?)

814—888 trimetri: Streps. Phidipp. Socr. intrant. deest stasimum.

889—948 system. anapaest.: disputant duo oratores.

952—960 stropha.

961—1023 tetrametri: agon iusti et iniusti oratoris.

1024—1035 antistrophus.

1036—1104 tetrametri: altera agonis pars.

1105—1113 trimetri: Socr. et Streps. intrant; Socrat. et Streps. et Phid. exeunt.

1114—1130 parabasis.

1130—1302 trimetri: intrant et exeunt Streps. Socr. Phidipp. Pasias testis Amynias.

1303—1320 stasimum.

1321—1344 trimetri: intrant Streps. Phidipp.

1345—1352 stropha.

1353—1390 tetrametri: disputant Streps. et Phidipp.

1391—1398 antistrophus.

1399—1451 tetrametri: disputant Streps. et Phidipp.

1452—1509 trimetri: exit Phidipp., intrant Socrates Chaerephon discipuli.

Vespae.

333—347 stropha.

348—364 tetrametri: disputatio Philocl. et chori.

365—380 antistrophus.

381—402 tetrametri: apparent Bdelycl. et Xanthias.

403—429 stropha?

430—460 tetrametri: pugna; servi apparent 433.

463—487 antistrophus?

488—525 tetrametri: disputant Xanth. Philocl. Bdelycl

526—545 stropha.

456—630 tetrametri: disputant Philocl. et Bdelycl.
631—649 antistrophus.
650—724 tetrametri: disputant Philocl. et Bdelycl.
725—759 commus.
760—862 trimetri: exit et intrat Bdelycl. (798, 805); exit Bdelycl. 833, intrat 836; intrat Sosias 835.
863—890 commus.
892—1008 trimetri: inducitur canis; sub finem omnes exeunt.
1009—1121 parabasis.
1122—1264 trimetri: intrant Philocl. et Bdelycl., sub finem exeunt.
1265—1291 stasimum (parabasis).
1292—1449 trimetri: intrant Xanthias Philocl. Bdelycl. conviva mulier panaria accusator; sub finem omnes exeunt.
1450—1473 stasimum.
1474—1515 trimetri: intrant Xanth. Philocl. Bdelycl.

Pax.

346—358 stropha.
361—382 trimetri: intrat Mercurius 362 (cf. 232).
385—397 antistrophus cf. p. 51.
400—458 trimetri: chorus exit.
459—472 stropha.
473—485 trimetri: Mercurius et Trygaeus.
486—499 antistrophus.
500—582 trimetri + tetrametri: apparent Pax et Theoria et Opora.
583—602 stasimum?
603—656 tetrametri: disputant Merc. Tryg. chorus.
657—728 trimetri: sub finem omnes exeunt.
729—816 parabasis.

817—858 trimetri: intrant Tryg. servus; sub finem servus exit.

856—867 stropha.

868—909 trimetri: intrat servus.

910—921 antistrophus.

922—938 trimetri: sub finem Tryg. et servus exeunt.

939—955 stropha.

956—1022 timetri: intrat (955) et exit servus (1022).

1023—1038 antistrophus.

1039—1126 trimetri: intrat Hierocles 1052, exit 1126.

1127—1190 parabasis.

1191—1310 trimetri: vellicantur falcium cristarum thoracum tubarum galearum fabricatores hastarius pueri Lamachi et Cleonymi.

Aves.

327—338 stropha.

338—342 tetrametri: Euelp. et Pisthet. disputant.

343—351 antistrophus.

352—399 tetrametri: Euelp. Pisthet. chorus disputant.

400—434 commus.

435—450 trimetri: praeco intrat.

451—461 stropha.

462—538 tetrametri: Euelp. Pisthet. Upupa disputant cf. Ziel. Glieder. p. 117/118.

539—549 antistrophus.

550—626 tetrametri: disputant Euelp. Pisthet. Up.

627—638 stasimum.

639—675 trimetri: histriones exeunt.

676—800 parabasis.

801—850 trimetri: intrant Upupa, Euelp. Pisthet. sub finem exeunt.

851—858 stropha.

859—894	trimetri: Pisthet. et sacerdos intrant.
	895—902 antistrophus.
903—1057	trimetri: intrant poeta vates Meton episcopus tabularum venditor.
	1058—1117 parabasis.
1018—1187	trimetri: intrant Pisthet. nuntii A, B.
	1188—1195 stropha.
1199—1261	trimetri: intrat Iris.
	1263—1266 antistrophus.
1267—1312	trimetri: intrat praeco.
	1313—1336 commus.
1337—1469	trimetri: intrant parricida Cinesias sycophanta.
	1470—1493 stasimum (stropha).
1494—1552	trimetri: intrat Prometheus.
	1553—1564 stasimum (antistrophus).
1565—1693	trimetri: intrant Poseidon Triballos Hercules.
	1694—1705 stasimum (antistrophus).
1706—1719	trimetri: intrat nuntius.
	Plutus.
327—486	trimetri: intrant Chremylus Klepsidemus Paupertas.
486—618	tetrametri: agon Paupertatis et Chremyli; sub finem exit Paupertas.
619—626	timetri: exeunt Chremylus et Kleps.

Reliqua pars fabulae tantum trimetros exhibet et magnam episodiorum copiam. Longum est omnium fabularum compositionem enarrare; satisfaciant quas descripsi.

Supra dixi duo genera compositionis discernenda esse, epirrhematicum et episodicum. illud Ziel. ita definivit p. 192: . . . Wir haben gesehen, daß für die epirrhematische Komposition zwei Momente charakteristisch waren — die Zweiteilung und der Parallelismus. So wie die Antode der Form nach der Ode, das Antepirrhema dem Epirrhema entsprach, so mußte

auch dem Inhalte nach die eine Hälfte der Syzygie eine Beziehung auf die andere haben . . . . Dieser Forderung entspricht am allervollkommensten der Agon, dessen Inhalt sich der Natur der Sache gemäß mit Leichtigkeit auf 2 Hälften verteilte. hoc ita p. 193: Der epirrhematischen ist die episodische Komposition entgegengesetzt. Diese ist von jedem Zwange frei; gesprochene Teile — Epeisodia — wechseln mit gesungenen — Stasima — ab, jedes Epeisodion ist ein selbständiges Ganze, das jeder Gliederung entbehrt, jedes Stasimon ist in sich abgeschlossen, indem die Strophen und Epoden in bestimmter Anzahl ohne Unterbrechung auf einander folgen. illud igitur deprehendimus in agone et in eis scaenis, quae ad eius similitudinem comparatae sunt, hoc in trimetris. illud constat ex mera minimum duarum personarum disputatione, qua id agitur, ut altera ad alterius sententiam perducatur, hoc unam, duas, plures ad poetae arbitrium in scaena patitur personas, quae nulla fere ratione inducuntur, nisi forte ea, ut verberibus expellantur; illi proprii sunt versus longi, huic trimetri; illud praecipue in priore parte fabularum ponitur, hoc post parabasim; cum nisi inter trimetros personas scaenam intrare non liceat, Av. vv. 435—451 trimetri intercedunt, ut praeco apparere possit, neque Lys. vv. 608—613 nisi trimetri essent, aut Lysistrata aut Probulus possent de scaena decedere.

Contra inter versus longos fieri non potest, ut personae in scaenam inducantur; Equit. vv. 1316 sqq enim excusantur eo, quod scaena non est constructa *κατὰ σχέσιν* i. e. non ita ut agon et poeta hoc versus colore sollemnitatis tingit (cf. p. 61 adn.), et Vesp. 433 eo, quod servi sunt *πρόσωπα κωφά*; et quod laesa esse videtur haec lex Vesp. 395, ubi Bdelylc. subito apparet in scaena, nobis non sunt quaerenda deverticula in re exponenda. hoc enim aliter fieri non poterat, quia ante parodum domum Bdelycl. intraverat et si prius egressus esset, datum non esset spatium colloquendi choro et Philo-

cleoni. Plut. vv. 486—618 sub finem dubitari potest, utrum Paupertas intra systema exeat an postea (cf. p. 24), Nub. autem v. 889 non evertitur haec lex. has regulas iudicio adhibito discimus ex schemate fabularum, quod adscripsi. ‚At in trimetris quoque invenitur composito epirrhematica ut Pac. vv. 346—458, 459—582, 856—938, 939—1126, Av. vv. 851—1057. 1188—1313, Ran. vv. 534—673'. hanc opinionem vulgatam et tritam non omni ex parte rectam esse ut credamus, simplicissima ratiocinatione adducemur. parabases enim suum locum tenent solummodo inter trimetros, quae cum nullo modo inter se respondeant, usurpantur pro stasimis tragoediae i. e. indicant structuram episodicam scaenarum, quae ad eas se aggregant (cf. Zielińskii definitionem). verum quod summum est, etiamsi trimetri in formam epirrhematicam rediguntur, indolem suam tamen non neglegunt: nam personae intrant et relinquunt scaenam et inter sermonem et initio et sub finem, cui rei unumquodque exemplum, quod laudavi, testimonio est, id quod fieri non licet in partibus vere epirrhematicis, usitatissimum est in trimetris; ergo testimonia exstant, quae haud parvo pondere sint, ornamentum constructionis epirrhematicae translatum esse ex agonibus in trimetros, et si post intellexeris, saepius cum studio se subiecisse eius legibus poetas, hac quoque in re mihi libenter credes. cf. p. 49 50.

Ultimam autem discrepantiam hanc affero: in scaenis, quae tetrametris conscriptae sunt, ut dixi, tantum disputatur; inter trimetros canuntur carmina et scolia, recitantur oracula cf. Vesp. 1240, 1326, Equit. 1015; itaque disceptatio, quae instauratur in Ranis de prologis et de monodiis, collocata est in trimetris, cum abhorreat ab agone.

Omnibus perpensis patet, qua de causa tota fere prior pars Acharnensium nil nisi trimetros contineat. nam cum v. 366 ingrediatur Dicaeopolis ipse scaenam cum trunco lanionio et, quamquam canticis 358 sqq et 385 sqq versus tri-

metri κατὰ σχέσιν dividuntur, tamen 395 sqq servus Euripidis appareat et 407 sqq Euripides ipse, invenimus episodium super episodium; unde consequens est vetitum fuisse poetam versus longos adhibere.

Sed trimetris in medio relictis inspiciamus versus longos. Non modo agon κατὰ σχέσιν compositus est, sed aliae quoque scaenae tetrametris conscriptae, quae cum eo non exiguam similitudinem exhibent, ut Equit 305—456, Vesp. 333—402 fortasse etiam Vesp. 403—575, Av. 327—386; quamquam valde distant ab agone. qui aut in utraque parte tetrametros anapaesticos exhibet, ut Vesp. 526—742 Lys. 476—613 Av. 451—628, aut in altera modo parte, ut Ran. 895—1098 Nub. 450—1104 Equit. 756—940. Ziel. p. 25 tertium genus agonum (Equit 303—410 et Nub 1345—1451) constituere conatus, quorum ambae partes tetrametris iambicis conscriptae sint, mihi videtur lapsus esse: nam in Nub. cum Ziel. agonem anapaesticum inter Socr. et Streps. (p. 49 sqq) recte refecerit, qui est Nubium priorum, agones duorum oratorum et patris et filii retractationi debentur, quia plures agones una in comoedia non deprehenduntur. de Equit. vv. 303—410 vide infra.

Deinde personis agones differunt a ceteris partibus, quae tetrametros exhibent. in agone enim persona principalis opponitur adversario alicui neque raro adicitur tertia, quae iudicis munere fungatur ut in Equit. et Ran. illis autem in scaenis nil obstat, quominus unus histrio cum choro sermonem ineat ut Vesp. 348 sqq, atque etiam praeter chorum tertius in colloquium se insinuat ut Equit. 303—410 Demosthenes. postremo in agone actio intermittitur et subsistit, illis in scaenis, quae praeter agonem versus longos exhibent, actionis cursus est incitatissimus. agon denique moveri potest loco et poni post parabasim, ut in Equit. et Ran., illae scaenae proxime excipiunt parodum ut Equit 303—410 Vesp. 333 sqq Av. 327 sqq.

Videor mihi hac descriptione demonstrasse tantopere contrarias esse et compositione et numeris partes sitas ante parabasim et post eam, ut nil supra possit; videor mihi demonstrasse agonem unum leges compositionis epirrhematicae diligentissime et perfectissime servasse: ergo tantum discrimen intercedit trimetros inter et agonem, quantum maximum potest esse. nunc cogitandum est, unde ista diversitas provenerit.

Iam tetrametri anapaestici, ut dixi, proprii sunt agonis comoediae Atticae eidemque inveniuntur apud Epicharmum[1]). si autem contingit, ut planum faciamus non modo metra Epicharmi consentire cum agone, sed etiam bipartitam fuisse comoediam Siculam et minimum duas poscere personas aeque atque agonem Atticum, multum lucrabimur ad comoediae Atticae priscum exemplar restituendum.

b. De comoedia Dorica.

Age perlustremus Epicharmi fragmenta, ut structuram eius fabularum enucleemus, postquam haec praemonui me non ignorare, quam multa danda suit casui ut in fragmentis exiguis, sed censere, quae observata sunt, eis utendum esse et etiam tenuibus lineolis picturam effici.

Nil certi dici potest de fabula quae est *Ἀγρωστῖνος*, neque quicquam certius de Alcyoneo, praeterquam quod suspicari licet certamen Herculis et Alcyonei in scaenam datam esse. singulae huius fabulae narrationes cum aliis rebus discrepant inter se tum eo, quod partim dormiens Alcyoneus vincitur partim acerrime pugnans. sed cum traditum sit hanc in formam redactam fabulam in Isthmo Corinthiaco viguisse (Robert Herm. 19, 478/79), non leviter concludas etiam apud Epi-

1) hanc consensionem iam attigerunt etsi obiter et universe Kaibel Herm. 24, 54 Crusius Philol. supplem. 6, 284.

charmum vehementissime pugnatum esse et verbis et rebus. — de Amyci personis constat tres in scaena Amycum Pollucem Castorem versari; superant enim ex tota fabula duo fragmenta, quorum prius est:

Ἄμυκε μὴ κύδαζέ μοι τὸν πρεσβύτερον ἀδελφεόν.

quem versum Castorem ut fratrem minorem natu dicit Kaibel, Lorentz (Leben und Schriften des Coers Epicharm p. 136) Pollucem loqui. esse aliquod discrimen aetatum inter duos fratres, qui gemini esse solent apud plerosque poetas, nisi apud Epicharmum traditum non est; iam quale intersit discrimen legimus apud Theocritum id. XXII:

v. 175 νῶι δ' ἐγὼ Κάστωρ τε, διακρινώμεθ' Ἄρηι
ὁπλοτέρω γεγαῶτε·

et v. 183: ὢ γενεῇ προφέρεσκον.

cf. Wilamowitz, Textgeschichte der Bukoliker p. 182 sqq et eiusdem editionem. Castor igitur illum Epicharmi versum locutus est, Pollux cum Amyco pugnavit. — fabulam, quae Busiris inscribitur, cum veri non sit dissimile personas fuisse principes Herculem et Busirin, certamen duorum continuisse in propatulo est, quod nobis eodem modo fingere possumus, quo exstructus est agon Cleonis et Isiciarii altero alterum immanitate et voracitate vincere conante. — fabulam *Γᾶ καὶ Θάλασσα* paucissimis verbis perstringam, quia neque Wilamowitzio (hist. litter. p. 42) neque Kaibelio neque Crusio umquam dubium fuit, quin *Γᾶ* et *Θάλασσα* ipsae in scaena fuerint et decertarint; itaque omnia ad eorum auctoritatem revocare possum. — iam oculos convertas ad fabulam inscriptam *Ἐλπὶς ἢ Πλοῦτος*; sed hic quoque brevis esse possum, quia Birt Elpides p. 28 et adn. 98 hoc drama ex mero agone constitisse docuit. — in fabula *Ἥβας γάμος* vel *Μοῦσαι* neque magnifico apparatu opus esse neque tantam turbam personarum versari in scaena, quanta vix apta esse videtur ad agonem constat; nam Lorentz p. 88/89 com-

probavit formam narrationis ex omnibus fragmentis elucere; pro certo autem me iudice addi potest omnia fragmenta spectare ad tempus praeteritum cf. frgmt. 44 *ἐνῆν*, 46 et 56 *ἦν*, 53 *ἵκοντο* 54 *εἶκε*, quibus unum *ἄγει* (42, 1) non obstat. quod si tenemus, tollitur difficultas, quae est in frgmt. 75: *καὶ τὴν Ἀθηνᾶν δέ φησιν Ἐπίχαρμος ἐν Μούσαις ἐπαυλῆσαι τοῖς Διοσκούροις τὸν ἐνόπλιον*: quod narratum esse suspicor. colloquium autem non alienum fuisse a fabula concludas ex frgmt. 55 *αἴ δὲ λῇς* et unum ex colloquentibus deum quendam esse comparet ex frgmt. 42, 11. — qualis fuerit indoles fabulae inscriptae *Θεαροί*, ad analogiam Herodae mimi, cui titulus est *Ἀσκληπιῷ ἀνατιθεῖσαι καὶ θυσιάζουσαι*, conicere possumus; cf. Crusius: Untersuchungen zu Herodas p. 98: duas personas non desideramus. — in fabula *Ἡρακλῆς ὁ παρὰ Φόλῳ* quamquam duas illas personas ex inscriptione dilucide cognoscimus, tamen, cum fragmenta parum certum nos doceant, altius inquirere vetamur. — Cyclopem autem continuisse dialogum Polyphemi et Ulixis docent frustula servata. per frgmt. 84 desumptum ex Vulcano revocantur in memoriam ista bellaria, quae commemorata legimus in Hebae Nuptiis; frgmt. autem 85 sapit dialogum[1]). — quid dicam de fabula, quae est *Λόγος καὶ Λογίνα*? paenitet repetere omnes coniecturas, quas protulerunt viri docti, quae cum acutae tum absurdae sunt et nunc iacent, cum omnes fere concordes consentiant nobis ante oculos futurum esse re vera, si servata esset fabula, agonem, qualem videmus in Nubibus. cf. Dieterich Pulcinella p. 78.

---

1) de fabula *Κωμασταὶ ἢ Ἥφαιστος* tantum coniectare licet, neque quicquam refert, utrum censeas dialogum Junonis et Vulcani an Vulcani et Martis an Vulcani et Bacchi argumentum fabulae fuisse. Optime illustratur actio pictura, quam publici iuris factam invenis apud Müller-Wieseler Denkmäler II, XVIII, 195. cf. Wilamow. Nachricht. d. Götting. Gesellsch. d. W. 1895 p. 222.

— fabula, quae est *Μεγαρὶς*, quemadmodum composita fuerit ne harioler, abstineo iudicio; sed cave credas Thielio, (Neue Jahrbücher 9 p. 418) qui, cum frgmt. 90 minime diligenter examinaverit, contendit unam personam sufficere. — quod spes non est nobis multum profuturas esse eas, quas proximas affert Kaibel fabulas, quippe quarum tenuiora sint fragmenta — de Periallo autem iterum te moneo, ut frgmt. 110 diligenter perpendas, ne a Thielio qui, ut in fabula quae est *Μεγαρὶς*, una persona antumat opus esse, cum minimum duae poscantur, in errorem rapiaris — transeo ad fabulam idoneam, quae sententiam meam stabiliat, *Πύρρα καὶ Προμαθεύς*. cuius fabulae videtur *διασκευή* quae dicitur exstitisse et alteri fabulae editioni titulus *Δευκαλίων* i. e., ut ego opinor, *Δευκαλίων καὶ Προμαθεύς* ascribendus est. in fabula, quae est *Πύρρα καὶ Προμαθεύς*, nil aliud sibi proposuisse poeta putandus est nisi certamen duarum personarum, quarum altera est uxor genitoris hominum altera procreator hominum cf. Apollod. I, 7, 1; Ov. Met. I, 81, et utraque sibi assumpsisse et vindicasse videtur suos homines meliores esse hominibus alterius cf. frgmt. 114. cum poeta denuo tractandam sibi proponeret eandem materiem, ut argumentum variaret neve acta ageret, Deucalionem Pyrrhae subdidit. itaque haec fabula landatur et Deucalion et Pyrrha, quia his personis inter se differebant fabulae, et Prometheus, quia haec persona duabus fabulis communis erat. — Sirenarum frgmt. 123 post tractabimus; unde si quis praepropere concluserit hoc drama epica magnificentia nituisse et contiones continuisse, evincet frgmt. 124 compositionem aeque simplicem fuisse ac Nuptiarum Hebae, cum duo colloquantur de cibis delicatioribus, quibus vesci soleant in illa terra beata. — item Scironis fragmt. 125 duo colloquuntur et in fabula inscripta *Σφίγξ* Sphingi cum Oedipode res fuisse videtur cf. Hartwig, Philol. vol. 56 p. 1 et tab. I; Salis: De

Doriensium ludorum in comoedia Attica vestigiis Basileae MCMV p. 11. — de Chytris Crusius Philol. suppl. VI p. 293 coniecturam protulit, quae tamen satis incerta est neque idcirco quicquam valet ad formam comoediae Epicharmeae reficiendam.

Consentaneum est fragmenta incerta etiam maiore cum cautione usurpanda esse; sed hoc ipso, quod nullum ex eis sententiam meam evertit, mihi videor satis lucrari; bene autem mihi accidit, quod plura frgmt., quam speraveram, deprehenduntur, quae mihi auxilio veniant, ut id, quod cupio fulcire possim. cf. fragmtt. 148, 149, 170, 171, quae plures personas loqui indicant; frgmt. 171 praeterea acutissime coniecit Bernays M. Rh. 8, 286 desumptum esse ex fabula quadam huius fere argumenti: A, qui ab homine quodam B pecunias mutuatus est cum inbeatur eas reddere, iam non se eum esse, qui illas pecunias mutuatus sit, dicit; omnia enim omni puncto temporis mutari; itaque se non redditurum. B autem, qui illum hominem A ad cenam invitaverat, respondet: ita si res se habent, me quondam hominem A invitavisse concedo, sed non eum, quem nunc video. quae coniectura si vera est, et duas personas sermoni interesse confirmat et deverbium bipartito exstructum fuisse. contra L. Schmidt: Gött. Gelehrt. Anz. 1872 p. 944 sqq Eleatam et Heracliteum introductos vult. frgmtt. 149, 170, 171 revocant in memoriam Socratem Strepsiadem imbuentem arcanis physicorum [1]. — de aliis comoediis reficiendis egit Crusius Philol. suppl. 6, 281 sqq.

1) iuvat adicere fragmentum Epicharmi incertum, quod Kaibelium fugit. cf. Mahaffy F. Petrie Papyri I, tab. III (1)

'Επιχάρ̣μου

τις δυστυχων βιον τ' εχων

τε κἀγαθον ψυχαι διδωι

ν . . . τι φασω μακαρ̣ιον

αι̣μον? χρ̣ησον τῶν ἀλλων

vix restitui poterit.

Mihi videor demonstrasse non modo a probabilitate non abhorrere sed etiam pro explorato habendum esse apud Epicharmum argumenta, quae unam poscant personam, non inveniri; sed dualitatem praevalere, quae raro migratur; verum cum forma meri agonis simplicior sit et etiam hoc tempore haud raro restitui possit, nihil est causae, quin eam priscam et genuinam Epicharmi formam fuisse iudicem [1]).

Sed hactenus de figuris comoediae Epicharmeae; iam ad metra nos conferamus.

Maxime usus est tetrametris anapaesticis Epicharmus. quia pauca huius generis fragmenta multa fiunt eo, quod Hephaest. cap. VIII p. 49 dicit Epicharmum tota duo dramata tetrametris anapaesticis conscripsisse, *Χορεύοντας* et *Ἐπινίκιον*, quod quidem in comoedia Attica inauditum est sed recta intelligentia omittens longos anapaestos tantopere adamavit poeta Siculus tetrametros trochaicos, ut ab ipsius nomine vocarentur cf. Marius Victor. p. 2530. praeterea autem trimetris quoque usus est; quae cum ita sint, dixerit quispiam in Epicharmi quoque fabulis illas duas partes — quae sunt conscriptae tetrametris et trimetris — discerni posse, quibus comoedia Attica specie quadam inconcinnitatis afficitur. at toto genere diiuncti sunt trimetri

---

1) tales agones constiterunt temporibus antiquissimis neque alieni sunt a recentissimis: cf. Usener M. Rh. 28, 425. huc referendum est certamen Hiemis et Aestatis, quod egregie enarravit Uhland (Alte hoch- und niederdeutsche Volkslieder Bd. III). cf. etiam Jantzen: Geschichte des deutschen Streitgedichtes im Mittelalter Breslau 1896. Usener Sintflutsagen p. 195, Archiv für Religionsgeschichte VII p. 297—313. eodemque quadrat pictura apud Schulzium, Das höfische Leben im Mittelalter I p. 153, quae repraesentat duas pupas vestitas et armatas equitum in modum, quae vehementer gladiis pugnant: quem locum mecum, qua est benignitate, communicavit Edw. Schröder.

Aristophanei et Epicharmei, quod hi numquam duas breves in altera thesi poni sinunt praeter initium versus exceptis versibus 76, 1 et 117 ⟨ὁ⟩ *Πυγμαρίων* et *μῶται Λευκαρίων* in nominibus propriis, quae hanc licentiam ne in tragoedia quidem recusant; qua licentia ab Atticis valde frequentata qui Epicharmum quoque usum esse dixit Lorentz p. 160 lapsus est; nam frgmt. 87, 3 Ahrens falso restituit, quia coniectura sua numeris Epicharmi vitium vindicavit; versum 171, 5, in quo haeret Lorentz, Kaibel expedivit et Lorentzi v. 74, 1 cadit, quia non est exploratae fidei neque idcirco a Kaibelio receptus est.

ergo est, quod intercedat inter trimetros Epicharmi et Aristophanis.

Sed longius progrediamur. iam Wilamowitzius Philolog. Unters. vol. 9, p. 7 dixit Epicharmum versus iambographorum Jonicorum, trimetros et tetrametros, suum in usum convertisse, et recte dixit. bis enim utitur synizesi Jonica 35, 11 *τοῖς θεοῖς* 170, 1 *τοὶ θεοὶ* ut Archil. frgmt. 25, 3 (Bergk[4]); quae synizesis non est Dorica; cf. Ahrens De dialecto Dorica p. 215; p. 216: ‚vides haec contrahendi morem apud plerosque Doriensium aut numquam aut recenti demum tempore viguisse‘. — contra legendum est 170, 3 *τῶν θεῶν* ut Archil. 84, 2. synizesis Jonica autem, cum exstet in trimetris et tetrametris trochaicis — nullo autem est pondere, quod deest in frgmtt. anapaesticis 104, 111, 114, 152, 218 — ideo ex animo suspicionem eicere nequeo ea metra re vera desumpta esse ex Archilocho ipso, quia apud Epicharmum sicuti apud illum tetrametri iambici desunt. praeterea aliqua necessitudine poetis Jonicis adiunctum fuisse Epicharmum cogi potest ex Athen. 370 b, ubi de formula iurisiurandi *ναὶ μὰ τὰν κράμβαν*, qua usus est Epicharmus in fabula, quae est *Γᾶ καὶ Θάλασσα*, dicit Athenaeus: *ἐδόκει δὲ Ἰωνικὸς εἶναι ὁ ὅρκος*. non timeo, ne opinioni meae detrimento vertatur, quod saepius lex Porsonis quam

Archilochus numquam non servavit, laesa est cf. 21, 2, 4; 34, 4, aut quod saepius solutiones sibi indulsit poeta cf. L. V. Schmidt, Quaestiones Epicharmeae p. 6 sqq, p. 12.

Aliud autem novi adiecisse videtur poeta: frgmt. 123 enim legimus hexametrum; sed si quis putat maiores fabularum partes conscriptas fuisse hoc metro, confutatur Athen. 15, 698 c: *κέχρηται δὲ καὶ Ἐπίχαρμος ὁ Συρακόσιος ἔν τισι τῶν δραμάτων ἐπ' ὀλίγον καὶ Κρατῖνος ὁ τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας ποιητὴς ἐν Ευνείδαις* (scil. hexametris); cui loco addendum est, quod Zieliński disputavit Quaestion. comic. p. 10. sed et hexametros respuit agon Atticus et reicit ad trimetros et carmina inauditum est apud Atticos intra versus longos recitari, quibus ipsis quoque locus non est nisi in trimetris, cum Epicharmus canticum interiecisse videatur inter tetrametros cf. frgmt. 127. cuius rei ratio haec est. apud Epicharmum et tetrametri anapaestici et trimetri et tetrametri trochaici erant metra agonis, quia unaquaeque unus erat agon comoedia (cf. p. 23). siquidem metra lyrica vel hexametros immiscere volebat poeta, nisi agoni immiscere non poterat, neque ullam reperio causam, cur, cum iambi aliunde repetiti, ut mollirent gravitatem metri Dorici, in aequo positi essent cum anapaestis, alterutrum ex metris postponeret aut anteferret.

Compositio autem fabularum poetae Siculi bipartita fuisse videtur; metra enim cum videamus eo modo adhibita esse, ut numquam anapaesti tetrametros aut trimetros vel tetrametri trochaici trimetros excipiant aut antecedant, colligi debet metra inter se non esse permixta; accedit, quod ex nulla fabula amplius duo genera metrorum servata sunt exceptis frgmtt. 114—116, quae supra dixi duas per fabulas dividenda esse; ergo fortasse concludere licet alteram partem uniuscuiusque fabulae altero metro conscriptam fuisse et uno loco metra inter se tetigisse. adice quod frgmt. 101 depromptum ex Ulixe profuga est *πνῖγος* anapaesticum satis tritum in agone

Attico, quod si comparas cum frgmt. 100 non audacter coniectare mihi videor dimidiam partem colloquii conscriptam fuisse tetrametris anapaesticis ut agonem Equit. et Ran. in Periallo inerant tetr. anapaestici et trimetri, in Troianis trimetri et tetrametri — magnus numerus testimoniorum comoediae Doricae constructionem bipartitam fuisse sicuti agonis Attici. cf. Bernaysi coniecturam p. 20.

Praeterea si percurris fragmenta comoediae Atticae, in qualibet fere pagina tibi occurrunt trimetri, quibus indicatur personam quandam modo scaenam intrasse vel reliquisse vel relicturam vel intraturam, id quod in episodiis fieri consentaneum est; ut talia fragmenta exstent apud Epicharmum (99? sed nimis incertum est) tamen tam raro, ut nil valeant — non quo censeam omnino non scaenam personas intrasse et decessisse, sed mihi videntur a poeta ita in suggestu collocatae esse, ut duo oratores in Nubibus, eodemque modo remotae esse.

Etiam longitudo fabularum Epicharmi definiri potest, cum Birt (Antikes Buchwesen pp. 446, 496) qua ratione corpus earum digestum fuerit, docuerit:

Nur ein Dramatiker differierte von der herkömmlichen Buchform in eigentümlicher Weise: es ist Epicharm. In Athen hatte man seine Stücke zusammen vielleicht als ein großes Buch gelesen, anders die Späteren. Apollodor von Athen verteilte dieselben nach des Porphyrius' Zeugnis auf 10 *τόμοι*. Es scheint im höchsten Maße fragwürdig, warum nur gerade diesen Komödien ihre Selbständigkeit nicht belassen worden ist, und man wird sich dem Schlusse schwerlich entziehen können, daß die Bühnenspiele dieses ältesten der Komöden um vieles kürzer waren als die eines Aristophanes. Auch wird eine annähernde Taxierung der Größenverhältnisse nicht zu kühn scheinen. Um innerhalb der Analogie zu bleiben, dürfen jene poetischen *τόμοι* nicht stärker als zu 1500 Versen angesetzt werden. Waren nun

35 Stücke ihr Inhalt, so betrug jedes Stück besten Falls etwas über 400 Zeilen, möglicher Weise noch weniger. cum his verbis conferendum est, quod scriptum legimus in libro Glossarum (Kaibel p. 72; Usener M. Rh. 28, 422 sqq) quodque spero nunc iam non reiectum iri (cf. Kaibel Prolegomena p. 46): ‚sed in fabulas primi eam (comoediam) contulerunt ⟨non⟩ magnas ita, ut non excederent in singulis versus trecenos.‘ sed satis habeam in praesentiarum nos didicisse reapse fabulas olim exstitisse tam breves; nam cum tractatus pertineat ad comoediam Atticam[1]), postea inspicietur.

Agon autem qui dicitur comoediae Atticae plus minusve ducentos versus longus est, et si ab illis trecentis vel quadringentis (?) versibus Epicharmi fabularum prologum et epilogum (cf. p. 28 adn.) — ego enim novi comoedias nullas, quae careant prologo — detraxeris, non multum iam aberis ab illis ducentis versibus agonis Attici.

c. De Dorica et Attica comoediis.

Mihi igitur persuasum est comoediam Epicharmi i. e. comoediam Doricam translatam esse in Atticam, cum agon Atticus et comoedia Epicharmi congruant inter se et numeris et compositione et longitudine. quod quamquam demonstratum est ipsa quaestione mea, tamen certissimum redditur quaestionibus Koerti Loeschcki Bethi, quas Bethius (Prolegomena p. 49) ita complexus est:

---

1) de tragoedia dicit Aristoteles eadem, quae hic dicuntur de comoedia cf. art. poet. 1449 a 19 *ἔτι δὲ τὸ μέγεθος ἐκ μικρῶν μύθων καὶ λέξεως γελοίας διὰ τὸ ἐκ σατυρικοῦ μεταβάλλειν ὀψὲ ἀπεσεμνύνθη*, et 1449 a 28 *ἔτι δὲ πλήθη ἐπεισοδίων*. si antiquitus minor erat numerus episodiorum, tragoediae breviores erant: utinam quidem versuum numerum tradidisset Arist. cf. imprimis Leo M. Rh. 33 p. 140 et Kaibel Prolegomena p. 46.

. . . . jedenfalls sind die komischen Schauspieler Athens identisch mit den Phlyaken und stammen wie diese ab von jenen drolligen, besonders häufig auf korinthischen Vasen abgebildeten Dämonen. Nun wäre es doch gar zu merkwürdig, wenn an so weit auseinandergelegenen Stellen sich diese übermenschlichen Wesen spontan zu Possenreißern umgebildet hätten . . . . Wahrscheinlich ist, daß das in einer Landschaft geschah, die es Unteritalien wie Athen mitteilen konnte. Das wird die nördliche Peloponnes gewesen sein, die sich einer einheimischen Komödie rühmte. Darauf weist Aristophanes hin, wenn er tölpelhafte und zwar gerade dem charakteristischen Kostüm der Komiker angemessene Späße megarisch nennt.

Archaeologi igitur docuerunt ludos populares ex Peloponneso septentrionali in Atticam translatos esse et in Italiam Siciliamque; ego docui drama Epicharmi[1]) prorsus consentire cum agone Attico; ergo cum haudquaquam dubitari possit, quin Epicharmus ex fabulis popularibus artem suam

---

1) Sophronis quoque fabulae ortae sunt ex arte populari Doriensium, sed quaestionem difficillimam, quae ratio intercedat inter Epicharmi tetrametros anapaesticos et Sophronis prosam numeris vinctam (cf. Norden Antike Kunstprosa I p. 46 sqq.), nunc expedire nequeo. ex Sophronis fragmentis parum certi elucet: ex frgmtt. 15—18 cogi potest dominam quandam una cum ancilla aliquid agere ut in Theocriti Pharmaceutriis: cuius carminis pars expressa esse ex Sophronis mimo *Ταὶ γυναῖκες τὰν θεόν φαντι ἐξελᾶν* videtur (cf. schol. ad Theocr. II, 70, Kaibel frgmt. 4, Herm. 2, 240). quomodo autem ille mimus exstructus fuerit coniectari potest ex argumento eiusdem carminis Theocritei: *τὴν δὲ Θεστυλίδα ὁ Θεόκριτος ἀπειροκάλως ἐκ τῶν Σώφρονος μετήνεγκε μίμων* (cod. Amb. 222 scholia in Theocrit. ed. Ziegler p. 19, 1), nempe quia apud Sophronem ancilla suas partes egit, apud Theocritum *πρόσωπον* facta est *κωφόν*. non minus dempta sunt ex deverbiis frgmtt. 23, 24, 26, 32, et titulus *παιδικὰ ποιφύξεις* indicat alterum ab altero edoceri, quo-

hauserit, histriones Peloponnesi septentrionalis in Atticam migraverunt et ludos suos, qui tamquam ludi erant Epicharmi et

---

modo amasius tractandus sit. in argumento Adoniazuson cum legamus *παρέπλασε δὲ τὸ ποιημάτιον ἐκ τῶν παρὰ Σώφρονι θεωμένων τὰ Ἴσθμια* et in hoc Theocriti carmine cognoscamus duas feminas, quarum colloquium sub finem amplificatum est in modum episodicum, non cunctabimur concedere apud Sophronem quoque duas feminas collocutas esse, cum praesertim frgmt. 10 mirum quantum quadret ad Theocriti mimum. praeterea Wilamowitz (Textgeschichte der Bukoliker p. 65) id. 14 Theocriti, quod duas exhibet personas, ad Sophronis imitationem scriptum esse contendit. cf. Kaibel frgmt. 171. ut aliud exemplum certum adiungam, uno verbo opus erit attingere titulum mimi qui est *Ὡλιεύς τὸν Ἀγροιώτα* et statim, quibus figuris poeta verba attribuerit, apparebit; fortasse Moschus carm. V, hunc mimum imitatus est, ut Wilamowitz et Robert magna cum probilitate coniecturae colligunt. in Thynnothera piscator et filius collocuti esse videntur; alia autem exstant multa fragmenta, ex quibus sermones duarum vel plurium personarum concludi possunt cf. 2, 23, 24, 26, 54, 55, 57, 58, 59, 60, 61, 73, 74, 75, 81, 82, 83, 84, 89, 91, 92, 97, 105, 117, 118, 120, 130, 144, 157, 160, 166. quod autem gravissimum mihi est: ut apud Epicharmum ita apud Sophronem nullo fragmento (25? 48?) exitus vel inductio personae cuiusdam indicatur.

Paucis perstringam Theocritum. nondum mihi videtur constare, utrum sequamur Reitzensteinium (Epigramm und Skolion p. 193 sqq) an Wilamowitzium (praefatio libri, qui inscribitur Textgeschichte der gr. Bukoliker) an Helmium (Jahrbücher f. kl. Philologie 1896 p. 457 sqq) an Schwartzium (Theokrits Daphnis), si primordia bucoliasmi attendimus. sed sic quoque arbitror nos assecuturos esse, quae in nostram disputationem cadunt. bucoliasmus originemne ducat a bucolis an a pastoribus, an exstiterit Coi societas sacra poetarum non respicio. sed istud mihi magno est pondere, quod carmina eiusmodi nisi in regionibus Doricis non inveniuntur. cf. Christ hist. litter.[4] p. 536. agon autem duarum personarum Theocriti carminibus proprium aspergit colorem, si amplectimur ea, quae huc faciunt (Schwartz p. 302), agon igitur non

metris et compositione et longitudine, praeterquam quod iambi nondum recepti erant, ibi apparaverunt. vestigia autem artis eorum etiam hoc tempore deprehendimus in agone Attico.

Sed quid dicemus de trimetris comoediae Atticae? cum

---

modo in comoedia Dorica, ut supra demonstratum est, invenitur, sed etiam in carminibus bucolicis, quae non minus Dorica esse iam dixi. multum autem commune habet cum agone id carmen, quod falso Theocrito adscribitur, 27, cuius quamquam deest initium tamen bene formam agonis bipartiti cognoscimus, quia aperte v. 27 ratio, quae intercedit inter puellam et pastorem, permutatur.

Quid multa verba faciam de Heroda? constat eum pendere et ex Theocrito (cf. Reich: der Mimus p. 301, Wilamowitz: Textgeschichte d. B. p. 112, 134, 136) et ex Sophrone. (Reich p. 299, Crusius: Die Mimiamben des Herodas deutsch p. XXXIII). ut par est, apud eum eandem legem vigere videmus, quam adhuc observavimus in mimis. in primo enim mimo dialogus bipartitus inest, cuius in priore parte lena in altera Metriche primaria est persona; in III primas partes sustinent mater et magister; IV apertissime ad Sophronis exemplum constructus est ut Adoniazusae; VI constat ex dialogo duarum personarum non secus atque VII: duas enim secum duxit feminas Metro, ex quibus una cum sutore colloquitur (aliter Crusius); II et V concedo alius generis esse. aliud autem gravissimum discimus hisce ex mimis et ex Adoniazusis: Sophronem et fortasse Epicharmum quoque prologos sic instituisse, ut ancillis vel servis vel aliis personis humili loco natis *προσώποις* uterentur *προτατικοῖς*, quae subinde (mim. I) iterum apparent in epilogo. cf. p. 25.

Sophron et Herodas cum imprimis *ἠθοποιίαν* sibi arripuerint, iam non contentiones acerbas induxerunt, sed alteram personam tamquam succinentem fecerunt verbis alterius; cuius rei praeclara praebent exempla iam Epicharmi frgmtt. 124, 149, 170, 171 et *Ἥβας Γάμος*; nec non sunt referendi eodem Avium et Eccles. agones, quos caute dixerim, cf. Ziel. Gl. p. 112, 116, 126. sed ex eis, quae exposui, comparet unam personam abhorrere a mimo Dorico, duas usitatissimas esse nec non tres inveniri et supra, et personas, quae ingrediuntur, ut in Adoniazusis, accedere ad duas personas, non ad unam (cf. p. 37).

sciamus comoediam Doricam antiquissimam novisse tantum tetrametros anapaesticos, trimetri Attici esse debent. quantopere autem quadrent ad ingenium Atticum elucescit, si compositionem eorum attendimus. in tragoedia enim Attica viget compositio episodica et in trimetris comoediae Atticae viget compositio episodica. ex fabulis Aeschyli etiam nunc cognosci potest initio unum histrionem partes ‚oratoris' egisse (cf. Heracles I[1] p. 86), et in comoedia Attica i. e. in trimetris comicis una persona princeps est. nam in primo Acharnensium episodio agit Dicaeopolis cum Megarensi, in secundo cum Boeoto, in tertio cum servo Lamachi, deinde cum rustico cum paranympho, postremo cum Lamacho: nullum episodium Dicaeopolide vacat. Trygaeus de caelo devenit: cum servo parat res sacras, deinde agit cum Hierocle, cum falcario, christario, loricario, tubicine, fabro, hastario, cum aliis. Pisthetaerus novam condidit urbem, in scaenam prodeunt variae personae, quae in urbem recipi volunt aut accusare aut aliquid simile ut praecones, sacerdotes, poeta, fatidicus, legislator, Iris, patricida, sycophanta, Neptunus, Prometheus, Hercules. quae scaenarum complexiones sunt comoediae, quae per se ipsae stare possint: in Ach. et in Pace homo Atheniensis pacem sibi paravit bello urbem urgente: ea quae ex pace efficiuntur, ostenduntur in comoedia. in Avibus cum homini cuidam urbs, quae plena est iudiciorum, iam non placeat, novam condit urbem; quo veniunt homines omnis generis, quibuscum unus ille homo colloquia init. — Equitum fabula aliter composita est, quod agonem posuit in altera parte poeta; ab agone igitur incipiunt partes ioculares; sed Cleon et Isiciarius divelli non possunt. — post Nubium parabasim duobus agonibus pugnatur, sed ubi trimetri exstant, plerumque illa una persona agit cum aliis ingredientibus. vv. 1170 sqq enim Strepsiades colloquitur cum Phidippide, cum Pasia, cum Amynia, eodem modo quo Dicaeopolis et Trygaeus et Pisthetaerus;

hac igitur comoedia, quomodo, qui callidus sit, foeneratores sua ratione decipiat, ostenditur. — in Vespis agonem inter et parabasim et post parabasim iocularia illa inveniuntur; hac comoedia demonstratur, quem ad modum homo Atheniensis domi iudex sit et quomodo se gerat a filio diligentissime cultus. Philocleon igitur in quovis episodio in scaena est et ibi res habet cum Bdelycleone, cum canibus, cum Xanthia, cum conviva, cum muliere panaria, cum accusatore. — reliquae fabulae nil novi addunt, sed vetus structura in illis quoque servata manet; in iocularibus Thesmophoriazusarum scaenis Mnesilochus sustinet partes primarias, in Pluto inter Carionem et Chremylum partes primariae personae dividuntur (cf. Poppelreuter p. 25). hoc autem genus compositionis, quod modo descripsi, tantopere praevalet in trimetris et tantam speciem praebet antiquitatis, ut non mirum sit, quod facile credidit Poppelreuter rudimenta se comoediae Atticae invenisse. sed quamquam et in comoedia et in tragoedia una invenitur persona, ad quam aliae accedunt, non dicam umquam nonnisi unam personam[1]) exstitisse in trimetris comicis; idem vero compositionis genus invenimus et in tragoedia et in comoedia vere Attica, quia ingenio Attico antiquitus innatum erat et insitum.

Scaenae igitur trimetris conscriptae comoediae priscae Atticae vindicandae sunt; exstant plerumque post parabasim et ante eam illa una scaena, quae parabasim proxime antecedit, trimetros exhibet.

---

1) altera agonis persona in comoedia Attica i. e. in trimetris non inveteravit: Socrates post v. 1170, unde incipiunt trimetri antiquissimae compositionis, iam non apparet; in Vesp. trimetris Bdelycl. iam non est ut ita dicam ‚Gegenspieler‘, sed typus filii, qui studio iudiciali patris favet. et in Equit. res similiter se habet; in Avium trimetris neque aut Euelpides aut Upupa multum valent, et post 850 Pisthet. solus primas partes agit.

Ergo parabasis primum canticum comoediae antiquissimae Atticae est. in parodo autem chorus *πάροδον ποιεῖται* et praepositione, quae est *παρὰ*, indicari videtur, quomodo orchestram intret; in parabasi, quae primitus primum canticum erat comoediae vere Atticae, chorus *παραβαίνει* et praepositione *παρὰ* non aliter demonstratur atque in parodo ingredi orchestram chorum, si illis antiquissimis temporibus, cum agon Doricus nondum adiectus erat, orchestra exstitit[1]); notio retenta est, cum iam non apta esset. intercedit igitur ratio quaedam inter voces, quae sunt *πάροδος* et *παράβασις*, quia incipiunt a praepositione *παρὰ* et prima cantica sunt et tragoediae et comoediae. sed certius quicquam, quam indicavi, proferre nondum audeo. Aristotelicum illud autem: *ἔστι δὲ πρόλογος μὲν μέρος ὅλον τραγῳδίας τὸ πρὸ χοροῦ παρόδου* ita transfero in comoediam: *ἔστι δὲ πρόλογος μὲν μέρος ὅλον κωμῳδίας* (scil. Atticae) *τὸ πρὸ χοροῦ παραβάσεως* et illud *ὅλον μέρος* est illa scaena trimetris conscripta ad quam modo digitum intendi. legas, quaeso, Ach. vv. 572—652, Equit. 461—497, Pac. vv. 660—728, quam vehementer sapiant prologum. non modo autem gaudio sed etiam usui est, quod Mazon (Essai sur la composition des comédies d'Aristophane), quamquam ne hilum quidem sententiae meae noverat, tamen idem sensit cf. p. 174: les scènes de bataille et de débat sont suivies en général d'une courte scène en trimètres, qui sert a la fois de conclusion à la première partie de la pièce et de prologue à la seconde partie, qui commencera après la parabase. cum agon Doricus praefixus esset trimetris Atticis, prologus, cum ante fabulam locum suum teneat, ante agonem positus est; neque suspicionem abicere possum eum in illa

---

1) estne ingressio chori parodos et parabasis nominata, quia spectatores praetergrediebatur?

servi narratione, quae prisca mihi videtur vetustate esse[1]), delitescere; mea quidem sententia tales versus quales:

φέρε νυν κατείπω τοῖς θεαταῖς τὸν λόγον

vel ἐγὼ γὰρ ὑμῖν νῦν φράσω (ex Platonis Symmach.) melius comparari possunt cum illo versu Germanico, quem Poppelreuter affert p. 34.

nu hort ir herrn und vernemt den schimpf

quam anapaesti parabaseos, non minima ex parte idcirco, quod ab histrione quodam recitantur. sed antiquissimam prologi historiam scribere mihi non est in animo.

Si autem iubeor quemadmodum mihi duas comoedias conglutinatas esse fingam, dicere: primum egerunt histriones Dorici agonem anapaesticum[2]), deinde Attici trimetros, itaque paulatim duae comoediae in unam coaluerunt. quanta autem fuerit inconcinnitas comoediae Atticae tribus copulatis partibus, quae minime inter se consonabant, et comoedia Dorica et comoedia Attica et choro Attico, apparet; facile nunc postquam omnia ad originem diversam revocavi, intellegimus ea quae Platonius dicit de Cratino εὔστοχος δὲ ὢν ἐν ταῖς ἐπιβολαῖς τῶν δραμάτων καὶ διασκευαῖς εἶτα προιὼν καὶ διασπῶν τὰς ὑποθέσεις οὐκ ἀκολούθως πληροῖ τὰ δράματα. sententia enim Poppelreuteri arbitrati designari his verbis compositionem trimetrorum, recta non est, quod trimetrorum actio unius est argumenti, fabulae quasi discinduntur eo quod e duabus comoediis constant. quanta autem putabis

1) non ignoro disertim traditum esse, tres Cratini fabulas exorsas esse a chorico (cf. Meineke I p. 26 I, 94 I, II, 174 V. Bethe Prolegomena p. 65); sed quid valent tria exempla ad sescenta?

2) muneris, quo anapaesti functi sunt antiquitus, partes non secus atque apud Epicharmum alii versus postea suppleverunt; sed color apud Atticos melius servatus est, quia pro tetrametris anap. tantummodo tetrametri scripti sunt — Epich. enim etiam trimetros subdidit — eique ut docemur ex Aristophane imprimis iambici, quia ascendentis erant numeri sicut anapaesti.

inaequalitate fuisse fabulas Cratineas, cum hoc sit grammatici cuiusdam (Tzetzae, Kaibel, frgmt. p. 18) de Aristophane iudicium: *ὁ μέντοι γε Ἀριστοφάνης μεθοδεύσας τεχνικώτερον τὴν κωμῳδίαν τῶν μεθ' ἑαυτοῦ ἐνέλαμψεν ἐν ἅπασιν ἐπίσημος.* supra dixi, quod traditum est, comoedias aliquando non migrasse 300 versus, referendum esse ad comoediam Atticam, i. e. ad comoediam vere Atticam, quia agon et trimetri coniuncti fieri non potest, quin 300 versus excedant; item ad trimetros revocari debet illud Tzetzae (Kaibel p. 18) . . . *καὶ τὰ πρόσωπα ἀτάκτως εἰσῆγον, καὶ γέλως ἦν μόνος τὸ κατασκευαζόμενον*, quia ad agonem non spectat. quis autem dicat, unde haec traditio manarit?

Agon Doricus erat bipartitus, quae ratio optime conservari poterat in comoedia Attica, dum chori cantica duas partes distincte seiungebant. in Ecclesias. et in Pluto ut in fabulis, quae canticis carent multis locis, duae partes in unam confluxerunt. eo quod praefixus erat singulis agonis partibus, particeps factus erat actionis chorus, a qua alienus est in trimetris (cf. p. 54 sqq). eo autem procedo in coniectando, ut dicam ob eam ipsam causam hiatum inter parodum et agonem completum esse scaenis tetrametris *κατὰ σχέσιν* comparatis, quae cum excipiant numquam non parodum, quam coniungunt cum agone, planum faciunt agonem antiquitus suum locum tenere ante parabasim, non inter trimetros; quo maius autem intervallum interest inter parodum et agonem, eo pluribus scaenis bipartitis opus est, quoniam trimetri his in partibus fabularum non respiciuntur: duas eius generis invenis in Vespis.

Cum et trimetros Atticos proxime accedere ad naturalem comoediam Atticam et agonem ad nativam comoediam Doricam concedendum sit ei, quem assentientem habeam, sub illud tempus, quo Aristophanes floruit, neque comoedia vere Attica

neque comoedia vere Dorica rudimenta superaverant[1]), quia altera alteram, quominus artificiosius excoleretur, prohibebat, neque prius fabulas artificiosas edere poterant poetae, quam se applicarent ad Euripidis compositionem episodicam.

Minime ignoro cum multa a me expedita non esse tum parodum, quomodo intellegenda sit. estne parabasis repetita? quid dicemus de parabasi secundaria? sed his quaestionibus respondere nondum possum.

Quaecumque autem dixi, caderent, nisi comoedia Cratini, ut potissimum exemplum afferam, eisdem formis usa esset atque Aristophanis; sed cum fortuna nobis faveat, hoc demonstrari potest. Meinek. p. 125, XIII legimus frgmt. ex Pytine desumptum:

. . . . *ληρεῖς ἔχων· γράφ' αὐτὸν*
ἐν ἐπεισοδίῳ, γελοῖος ἔσται Κλεισθένης κυβεύων
ἐν τῇδε τοῦ κάλλους ἀκμῇ . . . .

cf. Ziel. Quaest. comic. p. 19 sqq. Comoedia Cratinum adhortatur, ut Clisthenem cinaedum aleis ludentem inducat[2]), sed in episodio; num aliter fieri poterat? aleis nemo ludit in comoediae agone, sed talibus ludis aeque ac cantibus locus est in episodiis; insuper Clist. inducendus est in scaenam. — magnopere disceptaverunt viri docti de Metagenis frgmt., quod servatum est ab Athen. 459 c (Meineke p. 756 I):

κατ' ἐπεισόδιον μεταβάλλω τὸν λόγον ὡς ἂν
καιναῖσι παροψίσι καὶ πολλαῖς εὐωχήσω τὸ θέατρον.

in quovis episodio (ex Schwartzi interpretatione) inquit, argumentum comoediae meae immuto, ut multis et novis obsoniis delectem theatrum; quae verba cum spectent ad epi-

---

1) itaque mihi non temere dictum videtur agone Attico melius repraesentari, qualis fuerit antiquitus indoles comoediae Doricae, quam Epicharmi comoediis.

2) haec interpretatio mihi una apta videtur.

sodia, designant trimetros; recte igitur dicit grammaticus (Bekk. Anecd. p. 235, 19): ἐπεισόδιον κυρίως μὲν τὸ ἐν τῇ κωμῳδίᾳ ἐπιφερόμενον τῷ δράματι γέλωτος χάριν ἔξω τῆς ὑποθέσεως (item Kaibel: Die Prolegomena περὶ κωμῳδίας p. 54). non recte Meineke haec verba facit p. 756: ‚cave autem ἐπεισόδιον hic eo sensu accipias, quo quidquid inter duo chori cantica interiectum est, significat. hic enim vocabuli ἐπεισόδιον usus nonnisi ad tragoedias pertinet‘, quia supra vidimus antiquitus tragoediam et comoediam Atticas compositione non fuisse inter se diversas.

Cratini Dionysalexandri argumentum Oxyrhynchi nuper repertum a Koertio Herm. 39 p. 481 sqq enarratum est. servatum habemus argumentum scaenarum scurrilium, quae post parabasim inveniuntur, ut apud Aristophanem. nam verbis col. I, 5 sqq οὗτοι μὲν πρὸς τοὺς θεατάς τινα περὶ τῶν ποιητῶν διαλέγονται parabasis indicatur; in illis scaenis autem permulta episodia inesse quilibet cognoscit. miserandum est, quod de priore parte comoediae nil certi accipimus. sed initio col I legimus ὁ Ἑρμῆς ἀπέρχεται — ita enim supplevit Koertius —. cum eo collocutus est Bacchus, quem nuntius deorum adhortatus esse videtur, ne temere inferret bellum Graecis raptu Helenae, sed ut ei persuaderet Mercurio non contigit. hae duae columnae testes sunt vera esse, quae supra dixi: in trimetris enim Bacchus — una persona — primas partes sustinet, et ea persona, quae agoni interfuisse videtur — Mercurius — postea exit. de aliis agonibus eruendis ex frgmtt. cf. Ziel. Quaest. com. p. 10 sqq, Hense: Die Synkrisis in der antiken Literatur p. 28.

Invenimus igitur apud alios quoque poetas scaenas illas dissolutas, quas didicimus a poetis ipsis pro compositione episodia nominatas esse; invenimus agones quoque, quos hoc nomine affectos fuisse temporibus poetarum ipsorum Ziel. docuit (Gl. p. 10), quin etiam fortasse Epicharmi fabulae

agones appellabantur cf. M. Rh. 48 p. 521[3]). omnibus vero me persuasisse spero comoediam Doricam esse partem comoediae Atticae[1]). verisimile est ca. a. 600 histriones Doricos in Atticam pervenisse, cum narratione, quae fertur de Susarione, qui illo tempore dicitur floruisse, mihi illa migratio repraesentari videatur.

Multifariam autem Aristophanes agonem eicere temptavit molestissimum et extrinsecus insertum et tam severe compositum. sed cum plus valeret quam poetae ingenium traditio, etiam in Pluto revertit ad veterem consuetudinem. non prius igitur una actio — quae quidem in Aristophanis comoediis bipartita est — per totam fabulam continuari poterat, quam agone se abdicarent poetae. quam mature id cognoverint, concludas ex eis, quae Meineke memoratu perdigna (hist. crit. p. 303) exposuit: ‚horum enim versuum (anap. tetr.) in ea quam proprie mediam comoediam dicimus, ne unum quidem exemplum invenias'. una autem cum forma agon cecidit[2]). iam nemini mirum videbitur, quod comoedia Doriensium, quorum ingenia tantopere inclinabant ad iocos fundendos, non diutius viguit quam ca. 100 annos, neque amplius duos poetas, Epicharmum et Sophronem, tulit egregios. poetae enim tamquam intra fines agonis affixi erant, quos quamquam Epicharmus saepius migrasse videtur, tamen id non effecit, ut novam comoediae formam constitueret; contra compositione episodica permittitur, ut scaenae ex scaenis addantur, quibus

1) agonem episodiis includi non inauditum esse concludas ex eis, quae Jantzen l. l. pp. 38, 94 nobiscum communicat: exstat apud Germanos carmen agonicum inscriptum ‚Salman und Morolf.' Johannes Folzius poeta autem scripsit fabellam de Salomone episodice constructam (Keller: Bibliothek des litter. Ver. zu Stuttgart 1853 Nr. 60), cui illum agonem immiscuit.

2) parabasis enim nil magis valet ad compositionem quam cetera stasima, quibuscum una choro deficiente interiit.

si poeta ingeniosi inveniuntur, facillime, ut apparet ex tragoediis et ex priore Acharnensium parte, pangi potest actio *ἔχουσα ἀρχὴν καὶ μέσον καὶ τελευτὴν*.

Summa autem huius opusculi concepta et confecta legi scidulam, quam brevi ante mortem Kaibel scripserat (praefixa est Herm. vol. 36):

Aber am Herzen liegt mir noch: die Komödie nicht nur aus den beiden Bestandteilen *κῶμοι* und *σκώμματα*. Auch allegorische Personen, Vertreter von Begriffen, *Λόγος Λογίνα Γᾶ Θάλασσα, Ἐλπὶς Πλοῦτος = ἀγῶνες*. utinam ipse haec enarrare possem'. utinam enarraverim!

Additamentum.

De comoedia Ionica.

Rettulerunt nobis de poetis comicis Ionicis Athen. 620 sqq et Strabo 648 (cf. Hiller M. Rh. 30 p. 68 sqq), quorum poematum hoc proprium est, ut una persona aut poeta ipse aut is, cui poeta versus suos suppeditavit, carmen recitet. commemorantur hilaroedi, simoedi, magoedi, lysioedi, cinaedi, quos recte Sommerbrodt (de phlyacographis Graecis p. 6) dicit necessitudine quadam copulatos esse. maxime speciem gravitatis prae se ferunt hilaroedi[1]). comperimus enim ex Athenaeo: *φησί δ' ὁ Ἀριστόξενος τὴν μὲν ἱλαρῳδίαν σεμνὴν οὖσαν παρὰ τὴν τραγῳδίαν τὴν δὲ μαγῳδίαν παρὰ τὴν κωμῳδίαν* (illud *παρά* significat: in Beziehung auf, in Anlehnung an, ut schol. ad Theocr. XV: *παρέπλασε δὲ τὸ ποιημάτιον ἐκ τῶν παρὰ Σώφρονι*; non recte Schweighäuser et Hiller p. 68) cf. Wilamowitz: Des Mädchens Klage, Nachr.

1) sed cum Festus dicat: hilarodos, lascivi et delicati carminis cantator, in eorum carminibus credibile est secundum Theophrasti definitionem mimi *τὰ συγκεχωρημένα* et *τὰ ἀσυγχώρητα* permixta fuisse cf. Athen. 697 d.

d. Gött. Gesellsch. d. W. 1896 p. 222, 230, quae cantilena sane est *παρὰ τὴν τραγῳδίαν*.

Magoedi lasciviarum plena recitant carmina, quibus moechi aliique homines eius generis traducuntur, mollibus cum motibus concutiunt tympana et cymbala et virorum et mulierum partes sustinent; interdum etiam *κωμικὰς ὑποθέσεις* sibi sumunt. a quibus quo distent *λυσιῳδοὶ*, qui nomen ducunt a poeta quodam, cui est nomen *Λῦσις*, cum locus corruptus sit, erui iam non potest. simoedi quoque, qui appellantur a Simo poeta (aliter Dieterich Pulcinella p. 30 [3]), sunt *μελοποιοί*.

Mirum est illi poetae quamquam idem genus poeseos coluisse dicuntur, tamen nomina eorum ita usurpari, quasi novam speciem condiderint. equidem puto suo quemque modo poetam metra vel compositionem vel aliud quid variasse et alium alios poetas asseclas habuisse.

Certe eodem modo *νόμος* Timothei inscriptus *Πέρσαι* recitatus est, quo poeta sicuti illi comici Ionici alias personas loquentes facit.

Dubitatio si quem subit, num Sotades quoque huic generi poeseos annumerandus sit, facillime tollitur. nam expressis verbis et Athen. et Suidas et Arist. Quintil. et Strabo (Sommerbr. p. 13) dicunt eo tantum Sotadis poemata, quae huc spectant, a ceteris dissidere, quod ille *ψιλῷ λόγῳ* pronuntiabat vel pronuntianda curabat, hi carmina canebant. orti sunt illi poetae ex Asia vel ex regionibus prope Asiam sitis. Simus Magnesiae natus est aeque atque Cleomachus *ὁ πύκτης*, Pyrrhus Mileti (cf. Reitzenstein, Epigramm und Skolion p. 221 sqq, Haeberlin: Carmina figurata p. 53, Reich p. 302), Sotadem autem, etsi natus est Maroneae Thraciae (Sommerbr. p. 11), *ᾄσματα Ἰωνικά* conscripsisse nemo est, quin sciat. magoedos quoque ex illis regionibus originem trahere quivis facile concedet ea de causa, quod instructi sunt tympanis et cymbalis, instrumentis Magnae Matris. praeterea

de lysioedorum patria comperimus ex Athen. 6, 252 E: *Ποσειδώνιος . . ἐν τῷ τετάρτῳ τῶν ἱστοριῶν Ἱεράκα φησίν τὸν Ἀντιοχέα πρότερον λυσιῳδοῖς ὑπαυλοῦντα ὕστερον γενέσθαι κόλακα δεινὸν Πτολεμαίου.* cf. Athen. 221c. feminas quoque lysiodorum munere functas esse discimus ex Athen. V, 211c, ubi certiores fimus tales mulieres in aula Alexandri regis Syriae moratas esse, nec non ex epigrammate Antipatri Anthol. Pal. IX 567. quae testimonia cuncta demonstrant illam artem imprimis floruisse in oriente et translatam esse in occidentem cf. Plut. Sull. cap. 36; Athen 697d. verum illud mihi constare videtur Iones, cum fabulas dramaticas non excoluerint, in arte comica non progressos esse ultra id genus, quod nos vocamus ‚Couplet'.

Quae cum ita sint, haec tria habemus paria: Iliada et Margiten, in Attica tragoediam et comoediam, in Ionia cantilenam quae dicitur citharodorum et monodias comicas; et haec tria compositionis genera: episodicum apud Atticos, agonicum apud Dores, monodicum apud Iones.

B. De choro Attico.

Comoedia choro et dialogo in unum conflatis *ἔσχε τὴν αὑτῆς φύσιν*; cum de partibus histrionum me disputationem ad finem perduxisse censeam, quae videntur mihi de choro dicenda, paucis exponam. chorus, qui magnopere valuit ad comoediam formandam quique nomen ei indidit, *κῶμος* vocatar; *κῶμος* Atticus quin carmen populare fuerit, quod homines cantare solebant nescio qua occasione, inserviens imprimis cavillationi, ut etiam nunc permultis locis perspicuum est, dubitari nequit. quod carmen videtur forma quadam fuisse, ut consentaneum est, simplicissima; cum antiquis temporibus

κῶμος cum histrionibus coniungeretur, veri non est dissimile, quocumque loco chorus agebat — et in cantibus, qui inter trimetros intercedunt et pro tragoediae stasimis sunt et quibus poeta quasi praeludit agoni, et in parodis et in parabasibus, quas per se stare iam non licet putare (cf. Ziel. Gl. p. 175 et infra passim) — chorum certe ita cantasse, ut oratione variata ad res tractandas veteris formae veterumque numerorum ratio retineretur.

Quod si conceditur rectum esse, et stasimis, quae dividunt episodia vel episodiorum complexiones, et canticis, quae praefixa sunt scaenis, quas *κατὰ σχέσιν* compositas invenimus, et parabasibus collatis efficiendum est, ut pristinam et genuinam huius carminis formam ad lucem protrahamus.

En habes conspectum carminum, quae vocanda sunt in quaestionem.

Ach. parod. 204—219

4 tetr. troch. 6 paeon. period. (hiat. et syll. anc. post 225) 6 paeon. period. (syll. anc. 214) 5 paeon. period. (hiat. 230) 8 paeon. period.

234. 3 tetr. troch. **Dicaeop.** 3 tetr. troch.

280. duo dimetr. troch., duo dimetr. paeon.

285—336. 1 tetr. troch., pentapod. anap.? 1 tetr. troch. 12 paeon. period. 1 tetr. troch. 5 paeon. period. 1 tetr. troch. 12 paeon. period.

359—385. 7 dochm. 2 trimetri.

490. 4 dochm. 2 trimetr. 4 dochm.

566. 6 dochm. 2 iamb. 4 dochm.

665. parab.: 6 paeon. period. (hiat. 666) 8 paeon. per. (hiat. et syll. anc. 669) 2 tetram. paeon. (hiat. 670 & 671) 9 paeon. period. 16 tetr. troch.

836. quater 2 tetr. iamb. + 6 iamb. + Reiz.

971 sqq parab. = 988 sqq: 6 paeon. period. (syll. anc. 971) bis 5 paeon. period. (nullum signum pausae quamquam

exstat, tamen sensus impedit, quominus periodum continuemus in antistropho ultra — τῶν θυρῶν) 9 tetr. paeon. hiatu satis denotati, 1 tetr. troch.

1008—1037. 6 iamb. period. 2 tetr. iamb. 6 iamb. period.

1143. 1150—1162. system. anap. 5 iamb. period. partim per anaclasim inflexorum (catal. et hiat.) 4 iambi vel 2 dimetr. choriamb. 5 choriamb. period. (catal.) 7 iamb. (hiat.) 6 iamb. period. nonnullis brevibus suppressis.

1228. 4 tetr. iamb. 6 iamb. period.

Equit. 247. parod.: tetr. troch.

303—334=382—408. 19 paeon. period., (in antistropho 17.) 10 tetr. troch. (in antistropho 6) 8 paeon. period. (398 hiat. et syll. anc.) 2 tetr. troch. 8 dactyl. 1 tetr. troch. (syll. anc. 404) 4 iamb.

457. 4 tetr. iamb.

551=581 parab.: dimetr. choriamb., 16 tetr. troch.

616=683. 1 tetr. troch., ultimi metri duae breves suppressae. 18 troch. et paeon. period.

756=836. 5 tetr. iamb., in secundo et tertio prior brevis metri paenultimi suppressa.

973=985. ταῦτα παρὰ τὰ Εὐριπίδου. ter 3 glycon. + 1 pherecr. (dimetri chor.)

1111=1150. colum ⏓ — ⏑ ⏑ — ⏑ — quater repetitum (ultimum catal.) + idem colum sexies repetitum (ultimum catelect.), metra synaphia copulata sunt.

1263—1290. dactyl.-epitr. (τοῦτο ἀρχὴ προσοδίου Πινδάρου) 16 tetr. troch.

Nub. 275—299 parod.: dactylo-epitr.

457. trochaei cum versibus dactylicis.

563=595. parab.: dimetri choriamb. (cf. Wilamow. Choriambische Dimeter; Sitz. der Akad. d. Wiss. zu Berlin 1902 p. 894). dactyli interponuntur; cf. schol. 604, Ziel. Gl. p. 109, 20 tetr. troch.

700—804? Jonici cf. Wilamow. Philologische Untersuchungen IX p. 136, contra Leo: 4 iamb. Reiz. 2 iamb. Reiz. 4 iamb.)

707. 2 cretici, 2 bacch. 2 trim. iamb., syst. anap.

949—1024. iambi.

1114. parab.: 1 tetr. iamb. (commatium), 16 tetr. troch.

1303=1311. trim. iamb., Reiz., 4 iamb. (syll. anc. 1306) 11 iamb. period.

1345=1391. ter trimet. iamb. + Reiz.

Vesp. 230. parod.: tetr. troch.

333=365. 6 troch. system. 3 tetr. troch. 2 paeon. 2 tetr. troch. 13 troch. syst.

403. 2 tetr. troch. 6? troch. 2 tetr. troch. (syll. anc.) 10? troch. et paeon. system. 3 tetr. troch. 8 paeon. (cretici) 8 tetr. troch. 8 paeon.

463. 7 troch. et paeon. syst.; nescio an vv. 461 62 addendi non sint, ut faciunt Hall et Geldart, quia artissime cum antecedentibus cohaerent.

2 tetr. troch. 6 paeon. period.

526=631. 6 iamb. periodus (vel tres dim. choriamb., quorum ultimus catalectius) 2 tetr. iamb. — sequentium versuum schema exscribo neque ullam habeo rationem antistrophi:

531. — ∪ — ∪ — — — — ∪ — ∪ — ∪ —
— — — (lego enim ἔστ' ἀγὼν)
— ∪ — — — 535 — — — —
— ∪ ∪ — ∪ — — (v. i.)
2 tetr. iamb.

540. — — — — — — — —
— — —
— — — — — — —

545. — ∪ ∪ — ∪ — —

cf. Philolog. Unters. IX p. 137; dissideo cum Wilamow.; sunt ionici vel potius dimetr. choriamb.; v. 535 corruptum sic emendo Porsono partim auctore: *εἴπερ ὃ μὴ γένοιτ' ὁδὶ νῦν σ' ἐθέλει κρατῆσαι*, ut carmina 531 sqq et 540 sqq prorsus inter se congruant, quorum necessitudo vel eo indicatur, quod in utroque (v. 533 et v. 542) occurrit illud colum, quod primus demonstravit inter ionicos Wilam. l. l. p. 138 et 150. concedo stropham et antistrophum non eo modo inter se respondere ut exspectamus — non dico iambos et choriambos sed discrimina graviora, quae examinanti statim clara erunt —, sed hoc non semel invenitur apud Aristoph., cf. infra.

725. 4 tetr. anap.

729=743. trim. iamb. 2 dochm. 6 iamb. period. (syll. anc. 746) 3? dochm.? 4 iamb. 1 dochm.

863. system. anap.

868—887. 2 trim. iamb. 2 iamb. period. (catal). 4 iamb. 1 dochm. Reiz.

1060—1091. parab.: sequor Bergkium in scriptura constituenda, praeterquam quod 1060 et 1091, quae tradita sunt, restituo: 10 troch. period., 5 troch. (hiat. 1064). 2 troch. (syll. anc. 1065) 12 troch. period.; fortasse nimis longas descripsi periodos; sed hoc nil ad rem; 20 tetr. troch.

1265. parab.: 6 troch. period. (syll. anc. et hiat.) 1 tetr. troch. 8 troch. period. (catal.) 5 troch. period. 6 troch. period. 8 tetr. paeon. 1 tetr. troch.

1450. dimetri choriambici.

de vv. 1516 sqq cf. Steurer De Arist. carm. lyr. p. 44/45.

Pacis v. 301 parod.: 8 tetr. troch.

346=385. 1 tetr. troch., 6 paeon. period., 2 tetr. troch., 6 troch.-paeon. 6 paeon. (hiat.) 1 tetr. troch. (hiat.) 9 paeon. period.; cum responsionem restituere nequeam, stropham unam exscripsi. cf. infra.

580. nisi unus tetr. troch. deesset, nulla parte differet a carmine antecedente.

775=796. parab.: dactylo-epitr.

856=910. ter colum ⏓ – ⏑ ⏑ – ⏑ – (ult. catal.) 1 tetr. iamb., ter ⏓ – ⏑ ⏑ – ⏑ – (ult. catal.) 2 tetr. iamb. 11 iamb. period. (in antistr. 8 iamb. period. + 1 tetr. iamb.).

939=1023. 1 tetr. iamb.; paenultimi metri prior brevis suppressa est.; 1 tetr. anap. 1 tetr. iamb.

	str. 943	antistr. 1027
	⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –	– – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –
	⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –	⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –
	⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ ⏖ – –	⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – – – [1])
	– – – – ⏑ ⏑ –	– – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –
948.	– ⏖ ⏑ ⏖ ⏑ – –	1031. ⏑ ⏖ ⏑ – ⏑ – –

2 tetr. iamb.

str. 950	antistr. 1033
– – ⏑ – – – ⏑ –	⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ –
– – ⏑ ⏑ – ⏑ –	⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ –
⏑ – ⏑ – – – ⏑ –	– – ⏑ ⏑ – ⏑ –
⏑ – ⏑ – – – ⏑ ⏓	⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏓
– – ⏑ – ⏑ – ⏑ –	– – ⏑ – – – ⏑ –
⏑ – ⏑ ⏑ – –	– – ⏑ ⏑ – ⏓

950 sqq habemus ut Pac. vv. 856 et Equit v. 1111 colum ⏓ – ⏑ ⏑ – ⏑ –, quod ut responsione docemur, pro duobus iambisest (enhoplius catalecticus); ultimum colum catalecticum non differt ab Reiziano. 943 sqq, ut minores omittam diffe-

1) sequor Bergkium. χρεών videtur monosyllabon esse.

rentias, habemus idem colum, nisi quod ante ultimam arsim exstant duae breves[1]): 984 et 1031 autem huius coli partes dimet. iamb. catal. explet. prioris periodi metra synaphia. coniuncta sunt, in altera post 953 pausa est.

974. commus anapaest.

1127=1159 parab.: 20 paeon. et troch. period. (1135 syll anc.?) 6 troch. period. (catal.) 2 troch.; vix facere possum, quin meo arbitrio distinguam; 16 tetr. troch. 6 troch. syst.

1316 sqq exodus. 4 tetr. anap., system. anap., hymenaeus.

Hic subsistamus, sed priusquam mihi sumam tractanda schemata, quae perscripsi, pauca subiungam fragmenta comicorum, quibus tamen caute uti debemus, quia raro cognosci potest, num revera inserviant fabularum structurae, nec prorsus in propatulo est, chorone an histrionibus attribuenda sint.

Dimetri choriambici in veniuntur. p. 13 II (Meineke) cf. Wilamow. Choriamb. dimetr. p. 883, p. 535 I, II, III; p. 987 VIII. p. 43 I, II — — ∪ ∪ — ∪ —

— — ∪ ∪ — ∪ ∪ —

— — ∪ — , — —

cf. 516 XXIII et Pac. v. 943 et 950.

p. 402 I seriei colorum ⏓ — ∪ ∪ — ∪ — interpositum est membrum ∪ — ∪ — — ∪ ∪ —; vides quam recte haec cola iambica vocaverim; (pherecrat) 35 IX, 246 I.

(priapei) 141 I, 305 II, 318 II, 438 VI, 484 I, 997 V VI? VII (haec fragmenta fortasse histrionibus impertienda sunt, ut docet VII) 958 XVIII

glycon. + iamb. catal. 182 XXII.

system. iamb. 549 IV. paeon. 807 I, 990 XIII/XIV,

---

1) idem colum invenitur inter Aeschyli Promethei versus 425—427: 3 iamb., ∪ — ∪ ∪ — ∪ ∪ —, vides ut alta. . . . .

1151 IX, ter ⏑⏑⏑⏑ — — + paeon. period. 1086 XVI, 1201 CVI.

tetr. anap. et iamb. 580 I cf. 624 II.

Primum autem ratio reddenda est, quomodo carmina, quae in usum meum conversurus sum, elegerim.

Κατακελευσμούς qui dicuntur carminum omisi: quoniam agonem Doricum esse scimus et *κατακελευσμοί* imprimis agonibus praefixi esse solent, quorum ad metrum formati sunt [1]), de carminum Atticorum ratione nil nos possunt edocere. at omnino hi versus non seorsum considerandi sunt ab aliis, quibuscum arte cohaerent. usurpantur enim a poeta, ut ab altera ad alteram fabularum partem nos traducant, ut rimas hiantes fabularum, quae compositae sunt ex diversissimis elementis, tamquam expleant, ut sonum et stilum insequentis partis praecipiant. itaque poeta non solum *μετὰ τὸ ᾆσαι εἴωθεν ἐπάγειν δίστιχα* (schol. Nub 476), sed ubicumque conexum artiorem attendit. ita Ach. 1226 27 hilaritas exodi praeparatur, Equit 242—246, Nub. 263—274, Pac. vv. 299/300 parodi, Pac. 383/384 canticum, Pac. vv. 426/427, 535—555 [2]) choryphaei versus; principatum sane in his versibus *κατακελευσμοὶ* in formam distichorum redacti (except. Av. vv. 336/387) tenent. praeterii cantica quoque, quae nil valent ad compositionem, ut Ach. 928, Vesp. 273, 291, 316, 1226; item praeterii parabases, quae proprie vocantur, quia de eis seorsum prolixius disputabitur.

Iam dubitari nequit, quin in carminibus, quae epirrhemata dialogi antecedunt, ut Equ. 303 sqq Vesp. 403 sqq Vesp. 526 sqq, et histrionum versus et chorica in unum compre-

1) non consentit numerus horum distichorum cum sequentibus versibus Nub 476, Thesm. 687, 726.

2) quibus exemplis congestis Zielińskii coniectura (Gl. p. 139 adn.) evertitur.

hendenda sint; exstant enim in fabulis deverbia et cantica; atqui chorus in dialogis, quos poeta versibus longis persecutus est, numquam cantat; ergo ubi canticum desinit, inde incipit dialogus. neque enim intellegitur, cur Vesp. v. 333—345 habeant pro uno cantico, non Equ. 303—334, idcirco quod paulo plures versus longi inserti sunt. quamquam hac in re editores parum sibi constant. postremo autem necesse habui responsiones accurate denotare, ut saltem perstringam, quales difficultates in ea delitescant. neutiquam nego facillimum esse addendo vel detrahendo versus carmina inter se exaequare; sed quam multa mutanda sunt. immo nonne vetamur mutare, cum videamus, quanto studio et cupiditate Aristoph. cantica inter se subsimilia reddiderit neque aequalitatem perfectam appetierit? cf. Vesp. 729 sqq ~ 868 sqq (Ziel. Gl. p. 202) Nub 1303 ~ 1345 ~ 1391. quam frustra quamque falso viri docti studuerunt Ach. vv. 566 sqq aequare versibus 490 sqq — quod ut facerent, perfacile pellici poterant, ut concedo, similitudine duorum canticorum — quamquam canticum ante trimetros parabaticos responsionis partem non capit. neque puto post Pac. v. 385 versum excidisse, quod tetrametro adiuncto hoc carmen cum Pac. vv. 385 sqq congruit; cf. Wilamow. Choeph. p. 264. praeterea hunc in numerum repono Equ. vv. 303—334 ~ 382—408, quod ibi 8 hic 6 versus inter duo chorica intercedunt, et Vesp. 403—429 ~ 461—487, Eq. 367—381 ~ 441—456, Lys. 781—804 ~ 805—828. arbitror vero haec exempla, quae grandia et perspicua elegi neglectis subtilioribus, quorum haud parvam copiam supra congessi, evincere Aristophanem in responsione summa licentia usum esse; quae quibus legibus regatur, cum alienum sit a proposito meo, nunc in quaestionem non voco.

Metra autem carminum, quae pro certo affirmare possumus comoediae Atticae propria esse, adnumeranda sunt ei generi, quod vocare solemus *διπλάσιον*; nam quin glyconei

et membra eis affinia sint iambi, iam non potest dubitari, atque etiam paeones etiamsi repugnare videntur, spectare ad illud membrum quattuor particularum (cf. Wilam. Choriambische Dimeter p. 886), ex quo orti sunt ionici trochaei iambi, meo iudicio verisimillimum est, quoniam non raro respondent trochaeis. unde venerint anapaesti, qui pertinent ad *γένος ἴσον*, scimus et, ut expectandum est, tam raro in cantilenis, quae quidem natura sint Atticae, inveniuntur, ut origo eorum peregrina vel eo pernoscatur; nam Ach. 1143 sqq sunt imitatio parabaseos, Nub. vv. 716 sqq Steurer p. 48 recte cognovit tragoediam ridere; Vesp. 863 Pac. 974, 1316 sunt *κόμμοι* et supplicationes, ut proprie anapaestos adhibitos esse pateat. (cf. p. 61). restant igitur Vesp. 725 4 tetr. anap. Pac. 940 1 tetr. i. e. paene nulli. dochmios et dactylo-epitritos alienos esse a comoedia vix opus est, ut dicam (itaque recte ironiam statuit Meineke frgmt. II, 1 p. 137 VI) neque quemquam puto offendere in dactylis Eq. 327 et Nub. 568. quae metra omnia rara sunt prae eis, quae revocamus ad *γένος διπλάσιον*; ad *κῶμον* Atticum nil valent.

Sed non tantum metra carminum necessitudine propinqua atque cognatione inter se coniuncta sunt, sed etiam compositio eorum consimilis est; et iussus dicere, qualis sit, brevissime pronuntio cantica comoediae — dico autem et parodos et cantilenas agonicas et parabases exceptis anapaestis ceteraque stasima — constare ex systematis, quibus versus longi inclusi sunt. neque tamen artis terminis circumscripta sunt, sed omnibus locis omnes fere formae, quae exstant, inveniuntur. in parodis enim et Vesparum et Equ. et Pac. nonnisi tetrametri occurrunt aeque atque in canticis Equit. 457 et 756 et in parabasi Nub. 1104, Ach. parabasis 1150 (cf. *ἴτε δὴ χαίροντες*) solummodo ex systematis constat ut Equ. 973 et 1111 et Vesp. 1450, parabasis Ach. 971 contenta est uno sicuti Equit. 616 sqq et Vesp. 1265 duobus tetrametris trochaicis,

in parodo Ach. exhibentur tetrameteri et systemata non secus ac vv. 284 sqq et vv. 665 sqq et in Vesp. parab. 1060 et Vesp. vv. 403 ssq. parodus Ach. proxime accedit ad parabaseos constructionem, quod systemata et versus longi non sunt permixti; canticum scaenae praefixum, ut Vesp. 461 sqq, complectitur 15 tetrametros troch., cum omnino eis vacet parab. Ach. 1150 et Equit vv. 973 sqq, et in Pac. parabasi 1127 sqq. versus longi, quibus canticula circumfusa sunt, inveniuntur item ac Vesp. vv. 420—427 et Equit. vv. 314—321.

‚At plerumque in parodis tantummodo versus longi inveniuntur'; quia idonei sunt ad incedendum, parodum occupavere. ‚at in parabasi plerumque seiuncta sunt ab epirrhematibus cantica'. hoc non ab omni parte verum est, ut docent Pac. vv. 1127 et Vesp. vv. 1275; sed praevalet haec forma, quam vocamus epirrhematicam aut quod multo commodius erat chorum facere et coryphaeum seiunctim recitare aut hac de causa: diiudicari enim nequit, curnam parabasis a poetis non ita formata sit, ut exempli gratia cantica Ach. 836 et Equit. 1111 quadrifariam divisa. quin etiam quaeri potest, nonne quadripartitio huius carminis popularis prisca et genuina sit, quod admodum celebratur: epirrhemata enim parabaseos saepissime 16 tetrametros exhibent et versus longi immixti aut adiuncti his canticis: Ach. 204, 284, 1228 Equit. 457, Nub. 563 Vesp. 1060, Pac. 301, 346, 943 in quattuor pares partes dividi possunt. etiam quaeri potest, cur non pro tetrametris trochaicis paeonici inveteraverint in epirrhematis ut Vesp. 1275 et Ach. 976. parabases autem maximam partem epirrhematice compositae sunt — i. e. canticum a — versus longi — canticum a′ — versus longi, — et cum hoc genus compositionis primum in agone Dorico reppererimus, fortasse constructio epirrhematica agonis, cuius ad analogiam aliae quoque scaenae *κατὰ σχέσιν* comparatae sunt trimetris non exceptis (cf. supra p. 14), contra ingenium Atticum ad

structuram parabaseos multum valuit; cum insigni loco posita esset parabasis, praeter cetera cantica artificiose exculta est. itaque cum agon copularetur cum comoedia Attica necdum compositione eius κῶμος Atticus affectus esset, carmen comicum ea simplicitate fuit, quam illustravi. agon, ut supra dixi, erat bipartitus et utrique parti canticum praefixum est. haec cantica cum tantum tetrametris iambicis et trochaicis uterentur et agon tetrametros anapaesticos exhiberet, versus longi canticorum et dialogi diversi erant. huius discrepantiae sensus translatus est ad eas scaenas versibus longis scriptas, quae quamquam ad exemplum agonis compositae sunt, tamen anapaestos non noverunt i. e. alia sunt metra versuum, qui canticis inserti sunt, alia versuum dialogi sequentis, si scaenae κατὰ σχέσιν comparatae sunt. conspectus hoc doceat; Ach. fabula neglegenda est; rem ipsam Ziel. Gl. p. 120 obiter perstrinxit.

versus longi canticis inserti	metrum dialogi
Equit. 304=383 tetrametri trochaici	Equit. 335=409 tetrametri iambici
Equit. 756=836 tetrametri iambici	Equit. 763=843 tetrametri anapaestici in antepirrhemate iambici.
Vesp. 333=365 tetr. trochaici	Vesp. 346=379 tetr. anap.
Vesp. 402 tetr. troch.	Vesp. 430 tetr. troch.
Vesp. 463 tetr. troch.	Vesp. 488 tetr. troch.
Vesp. 526=631 tetr. iamb.	Vesp. 548=650 tetr. anap.
Pac. 346=385 tetr. troch.	Pac. 361=400 trimetri
Pac. v. 584 tetram. troch.	Pac. v. 603 tetr. troch.

Quod Equit. vv. 836 sqq dialogi cum cantico consentiunt non habemus quod miremur; poeta enim metra agonis variavit sicuti in Ranis, ubi sine dubio differentias morum disputantium depingere in animo habebat. Vesp. vv. 402 sqq et 463 sqq molestias moliuntur (cf. p. 42); cantica enim inter se et diversa sunt et simillima, sed cum poeta legem, de qua modo exposui, laeserit, cohaerentiam eorum irritam fecit[1]) et cantica ei generi adnumeravit, quod dicitur ἁπλᾶ. quo in genere tetrametri canticorum cum dialogo concordant, ut saepe observamus in parodis, et ob id ipsum tres Pacis cantilenas in conspectum rettuli. 346 sqq et 385 sqq secundum regulam tetrametri inserti recedunt a deverbii metro, 584 sqq conveniunt; quae cum ita sint, iam non cum Wilamow. (Choeph. p. 264) 346 sqq et 584 sqq. inter se respondere statuamus et illa de causa et quia inauditum est, quantum equidem scio, inter duo carmina, quae se habent ita ut stropha et antistrophus, aliud interponi, sed 346 sqq et 385 sqq, etiamsi, quod attinet ad responsionem, non mediocres difficultates excitabuntur, et dicamus vv. 585 sqq ad illorum — i. e. canticorum 346 sqq et 385 sqq — exemplar formatos esse, de qua re supra prolixius dixi (p. 47). aliud denique ex eo, quod omnia comoediae cantica unam ad originem revocavimus, lucramur. verisimile est chorum solum carmina parabaseos cecinisse, recitasse solum coryphaeum epirrhemata; sed nunc pro certo affirmari potest.

Quaestio nostra incipienda est a canticis, quae deverbiis adiunguntur. in quibus cum persaepe versus longi histrionibus tribuantur, ut Ach. 284 sqq Equit. 303 sqq Vesp. 333, 404, 463, 631, Pac. vv. 385, 856, 939, una a persona dicuntur. magnopere vero miraremur, si Pac. v. 389 Trygaeus unus loqueretur, versum respondentem 350 chorus universus cantaret: ergo hunc quoque versum unum aliquem pronuntiare

1) sunt igitur annumeranda eis exemplis, quae congessi p. 47.

suspicabimur choryphaeumque faciemus, ut qui solus respici possit, recitantem. quo fit, ut choricis non raro tetrametri immixti sint, ut Vesp. 463, quamquam non cantantur: choryphaei solius sunt. hic postquam versus catalecticos voce praeierit, chorum universum ad tibiae modos concinuisse puto. en habes *τοὺς ἐξάρχοντας τὰ φαλλικὰ* = coryphaeos [1]. at histriones numquam systemata canunt hisce in carminibus; una exceptio Pac. v. 865 nil valet. teneamus igitur histrionum tantummodo versus longos, chori systemata esse eiusque versus longos a coryphaeo recitari. quibus in canticis cum actio duarum partium tam distincte seiuncta sit, quemadmodum instituenda sit in parabasi, dubium esse non potest. — quod sub finem agonis aliarumque per analogiam eius partium compositarum systemata histrionum inveniuntur, heredium esse acceptum a Doriensibus vidimus.

,At participes sunt canendi histriones eis locis, ubi *κόμμοι*, qui dicuntur, intercedunt'. recte Steurer p. 10 dicit has, ut ita dicam, monodias plerumque parodiae causa scriptas esse. cf. eiusdem verba ad Vesp. vv. 737 p. 49, ad Nub. vv. 700 p. 48.; Nub. 457 vel dactylo — epitritis parodia indicatur, ut soli restent Equit. vv. 1111. Ach. vv. 929 sqq nil faciunt hanc ad rem, quia non pertinent ad compositionem, non ad *κῶμον* Atticum, sed inserti sunt ut cantilenae Vesp. 1226 sqq vel dithyrambi Cinesiae in Avibus.

Adhuc in carmine, cuius priscam formam illustravi, modo versus longos invenimus; consuevimus autem trimetros imprimis illorum carminum proprios ducere, quae Bacchi, Cereris, Phaletis sacra sunt (cf. Wilam. commentariolum metricum II p. 31).

---

1) cf. Bergk hist. litter IV p. 4, Rohde. Gr. Roman p. 247 Susemihl. G. A. L. II 577 de Anthea Rhodio, Athen. 445 ab . . . *Ἀνθέας δὲ ὁ Λίνδιος . . . . ἐξῆγεν . . κῶμον . . . . οὗτος δὲ καὶ κωμῳδίας ἐποίει καὶ ἄλλα πολλὰ ἐν τούτῳ τῷ τρόπῳ τῶν ποιημάτων, ἃ ἐξῆρχε τοῖς μεθ' αὑτοῦ φαλλοφοροῦσι.*

sed liceat summam quaestionis praecipere: κῶμος Atticus, qui una cum histrionibus comoediam Atticam condidit, non novit trimetros.

Invenimus enim trimetros coniunctos cum dochmiis Ach. 359, 490, 566, ubi facile tibi persuadebis parodiam intendi Telephi Euripidei, eosdemque una cum dochmiis Vesp. 729, 870, Thesm. 679; quoniam notum est, dochmios inservire tragoediae irrisioni cumque ex Hippol. v. 817 et multis aliis locis discamus in tragoedia frequenter coniungi dochmios cum trimetris iambicis, trimetros modo commemoratos nil facere ad κῶμον Atticum concedi debet. praeterea occurrunt trimetri Ran. vv. 403 sqq, ubi legimus ephymnium Ἴακχε φιλοχορευτά συμπρόπεμπέ με, et in γεφυρισμῷ, qui dicitur, 418; sed hi versus pertinent ad mysteria Eleusinia, non ad κῶμον Atticum. Thesm. v. 985, cum v. 911 Σεμέλας indicet parodiam, item secludendus est. restant igitur duo trimetri Nub. 1303 et 1345, quibus nil ponderis attribuendum esse consentaneum est. igitur chorus comoediae Atticae omni numero diversus est ab eis canticis, quae Semus et Sosibius commemorant (Athen. 621d), etsi eorum quoque munus est homines malevolos ridere, improbos vituperare, pigros cohortari; neque tale carmen est, quale salutandi Demetrii causa (Athen. 253c; cf. Athen. 497) ithyphalli proferebant, neque quale Dicaeopolis Ach. vv. 263 cantat, quorum nullum careat trimetris: ergo fortasse κῶμος Atticus non erat carmen phallicum. atque bene nobis accidit, quod ex vasculorum picturis docemur non insignes fuisse phallis choreutas Atticos. quibus autem diebus festis hoc choricum Atticum actum sit, nescio; id unum non ignoro: trimetros non novit.

Supra statuimus in choricis systemata et versus longos inveniri; atqui histriones partim colloquuntur versibus longis, partim trimetris: ergo cum coryphaeus in canticis tantummodo versibus longis consueverit, scaenis, quae sunt conscriptae

tetrametris, interest, non quae trimetris. sed cum hoc inter viros doctos haudquamquam constet, locos huc pertinentes examinari opus est. supersedeo autem demonstrare socium esse coryphaeum colloquiorum, quae sint conscripta tetrametris, quia luce est clarius; contra mihi non videtur supervacaneum esse docere, hospitem esse eum in trimetris. sed ipsam rem adgrediamur.

Ach. fabula tantummodo trimetros continet exceptis parodo, vv. 284 sqq, exodo; in tetrametris frequentissima sunt coryphaei verba, in tanta multitudine trimetrorum occurrunt nonnisi 557 sqq et 1069 sqq. cum dubitari non possit, quin traduxerit Arist. Euripidis Telephum in Ach., cumque chori versus 557 sqq subsequantur versus: *τὸν δὲ Τήλεφον οὐκ οἰόμεσθα; νοῦς ἄρ' ἡμῖν οὐκ ἔνι*, ad quos adnotat scholiasta: *καὶ ταῦτα ἐκ Τηλέφου Εὐριπίδου;* praeterea cum et 558 legamus: *ταυτὶ σὺ τολμᾷς πτωχὸς ὢν ἡμᾶς λέγειν*, id quod non minus facit ad Telephum, quam ad Dicaeopolidem, nec ullum horum versuum metrum patiatur duas breves et canticum 566 intercedat, quod vehementer redolet tragoediam — apparet parodiae causa hoc loco loqui chorum. — aliter iudicari de disticho 1069 nequit. recte iam Ziel. (Gl. p. 197) de parodia cogitavisse videtur, non tam quia tragoediam satis sapit hoc distichum, sed quia personae comoediae aut non renuntiati, ut sescenties, scaenam intrant, aut ab histrione aliquo ut Ach. 1189, Equit. 691. 725, 1326. — nec maiores difficultates dissolvendas praebent Equit.; nam hac quoque in fabula paucissimi trimetri relinquuntur choryphaeo ab editoribus, sed etiam his privandus est.

Quomodo notae personarum dividendae sint per Equit. fabulam, difficillimum est diiudicatu, quia permultis locis fieri nequit, ut discernatur, utrum versus Demostheni an choro assignandi sint, cum uterque spectator disceptationibus duarum personarum principum intersit. Beerium autem (Über die

Zahl der Schauspieler bei Aristophanes) non recte post introitum chori Demosthenem de scaena removere documento est unus locus; quo nisi Demosthene uti poterimus, maximae orientur molestiae; sed de Beerio hactenus et de illo uno loco postea. supra demonstratum est scaenam positam ante parabasim tantum trimetros pati, quia primitus munere prologi in comoedia Attica fungebatur. cum vero prologus expers esse soleat chori, choryphaeum non se insinuasse in hos trimetros consentaneum est, neque invenimus ulla in fabula illo ipso loco chorum (Ach. 576 expedivi, de Av. vv. 658 postea disputabitur, Lys. 608—617 duo tristicha pro tota scaena sunt). qua argumentatione nisus dico Demosthenem non modo Equit. vv. 490—497, ubi Enger codicum vitia correxit, colloquio interesse, sed omnino in hac parte fabulae pro choro Demosthenis notas ponendas esse. cf. Ziel. Gl. p. 294. item parabasim inter et choricum insequens qui trimetri intercedunt, in eis numquam chorus vel choryphaeus agit, et si licet hac observatione pro lege uti, 611—614 quoque, quamquam scholiasta chori notam praefert, chorus Demostheni cedat oportet.

v. 970 sequor codices et Bergkium, non Engerum, et quam ridiculum sit versus 1254/56 choro dare, supervacaneum est verbis exprimere, postquam a Ziel. quaestio brevibus ad finem perducta est. (Gl. p. 294). — de Vesp. trimetris 1297/98 ut chorus removeatur, fieri non potest; neque opus est, quia horum versuum color aperte tragicus est, aeque ac Thesm. vv. 582/83, qui eadam fere exhibent verba:

τί δ᾽ ἐστιν ὦ παῖ; παῖδα γάρ σ᾽ εἰκὸς καλεῖν,
ἕως ἂν οὕτως τὰς γνάθους ψιλὰς ἔχῃς.

— maiores difficultates praebet Pac. fabula. primum agitur de vv. 431 sqq (cf. Ziel. Gl. p. 85 Beer l. l. p. 157). plerique editores, ita ut scriptum est in libris, hos versus chorum inter et Trygaeum distribuunt; quod falsum est, et quia

Mercurius adhuc uno cum Trygaeo egit, non cum choro et quia chorus huic sermoni iam interesse nequit egressus, ut docent vv. 427 sqq, ad barathrum, ut lapides amoveat. itaque cum id unum quaeratur, quemadmodum notae Trygaei et Mercuri [1]) versibus praefigendae sint, continuaverim ad Thesm. v. 295 analogiam vv. 433—348 Mercurio distribuerimque per reliquos versus notas personarum ita, ut Zieliński.

Ducem autem chori abhorrere a trimetris alio quoque modo planum fieri potest. quod sane permolestum videtur fuisse poetae, sed in Pace demum extra hos cancellos egredi ausus est. sed quomodo? inter trimetros histrionum intericit versus longos, si choryphaeum participem facit disputationis. cf. Pac. vv. 428, 508. 356 (ab hoc versu incipit chori laetitia exsultans, de vv. 553—555 cf. infra); praeterea cf. Av. 658, Lys. 467, Eccles. 514, Thesm. 381. quae cum ita sint, recte iudicare possumus de Pac. 473 sqq. nam 500 sqq Mercurius trimetris adhortatur choreutas, sed unde chorus incipit loqui, poeta tetrametros scripsit. epirrhema autem 473 sqq tantum trimetros continet, nec ullum exstat indicium, ducem chori verba facere de choreutis. ergo iam non chorum in partem huius sermonis vocabimus. vv. 856—908 et 909—938 sunt duae syzygiae partes. in epirrhemate Trygaeum cum servo colloqui libri testes sunt, in antepirrhemate libris testibus — praeterquam quod R. servum recte inducit — editores chori notas ponunt; id quod rectum non esse docet pronomen *νῷν* v. 922, quod pertinet ad duos servos.

Didicimus vero Aristophanis chorum alienum esse a trimetris, nisi tragoediam ridet, aut, ut colloquio interesse possit, trimetri in tetrametros deflectuntur. sed interiacent inter Pacem et Aves septem anni, qui multa nova-

1 cf. schol. 441. *δύο πρόσωπα ταῦτά φησιν, ὧν ὁ μὲν εὔχεται, ὁ δὲ ἀκόλουθα τῇ εὐχῇ καταρώμενος λέγει* et ad. v. 444.

verunt in Aristophanis arte, et chori quoque dux inrepsit in trimetros. cf. Av. 445, 1164, Lys. 399, 1074, Thesm. 582, 1164, 1216, 1226, Eccles. 1127, 1134, Plut. 328, 631, 962. dubitatio autem movetur, num recte dixerim chorum revera agere, quia et paucitas versuum — sunt enim paucissimi ad totam ceterorum molem — notatu digna est, et altera thesis in his versibus puram formam exhibet exceptis vv. Av. 444 sqq, a quibus Droysen chorum abiudicavit, Thesm. 1226, qui non omni ratione certus est, Eccles. 1134. Thesm. 582 sqq parodiae causa scriptos esse docui, et cum Plut. vv. 631 sqq aperte speciem parodiae prae se ferant, fortasse ceteri quoque ludificationi inserviunt. praetera Nub. 795 sqq et 1445 sqq trimetri chori exstant, ipsi quoque eadem formatione, quam modo definivi; si parodiae essent, omnes caderent difficultates; sed cum minime sint parodici, Nubes non hac re solum recedunt a ceteris omnibus fabulis antiquioribus, sed etiam numeris canticorum, quae supra descripsi; utrum hoc retractationi ascribere possimus necne, in ancipiti ponendum est. ceterum chorus magis magisque evanescebat, et vix sperandum erat eum novos et maiores fines occupaturum esse, postquam in Avibus vestutis se contentum praestitit. eademque de causa cantica recentiorum fabularum enarrare desisto; neque enim quicquam memorabile nos docent de hac re neque ad sententiam stabiliendam mihi usui sunt. immo minus minusque poeta utitur versibus longis aliquando vehementer adamatis, et postquam denuo in Lysistrata vetere poetae arte delectati sumus (cf. Steurer p. 43), reliquas fabulas legentes demutationem carminis comici lugemus. sine controversia autem mihi videor demonstrasse chorum Atticum tantum tetrametros in usu habuisse, tetrametros choryphaeum pronuntiavisse, choryphaeum partem actionis capessivisse in tetrametris, non in trimetris.

Haud secus vel potius longe aliter res se habet in

tragoedia, ubi versus longi in partibus melicis non inveniuntur, sed trimetri admodum usitati sunt; cf. Ziel. Gl. p. 303[1]); atqui simile est veri coryphaeum trimetros recitare, ergo idem deverbii trimetris interest. pauca ex magno numero exempla afferam. (congesta sunt a Preussio: De versuum iambicorum in melicis partibus usu Aeschyleo p. 51 sqq; ego quoque Aeschylum unum attendo, ut poetam antiquissimum).

Agam. 406 & 478 inter carmina exstant trimetri; quomodo autem transire possint ex canticis in dialogum, plane exponunt Ag. 1074 sqq; primum enim dux chori binos versus lamentationibus Cassandrae intericit, 1119 sqq insertum est canticulum iamborum et dochmiorum, cuius primi duo versus illi choryphaei trimetri sunt, inde a vv. 1140 desunt disticha trimetra. idem invenitur Choeph. vv. 42 et 47 et imprimis vv. 66 67, ubi neutiquam dubitari potest, quin choryphaeus trimetros praeierit et chorus succinuerit; eademque res optime illustratur Eum. versibus 145, 147, 150, 153, 155, 162, 169, 174, et 261, 264, 267, 269, 271, 272, et 779, 780, 787. Agam. vv. 1120 aliisque locis invenimus dochmios trimetris subiectos, sed cum illo Choeph. loco non secus atque in comoedia systema idque iambicum versibus trimetris adiunctum inveniatur, hanc esse formam et genuinam et nativam et popularem autumantes a vero non multum aberrabimus. (cf. Wilamow. commentar. metr. II p. 30 31.) cum igitur carminis comici versus longi in parabasi tamquam ad imum defluxerint itaque formam epirrhematicam effecerint, choryphaei tragici versus trimetri, priusquam canticis solverentur, in summum ascendisse, ut ita dicam, videntur, positi esse ante carmina ut Eum. v. 140[2]), 244, Suppl. 346, tum demum liberi et

1) Wilamow. Choriamb. Dimeter p. 884 tetrametros composuit tragicos, sed nullos, ut ita dicam, puros, quales comoediae sunt.

2) in legendo mihi in mentem venit parodi Vesp., ubi pluribus

suae potestatis facti esse. dixerit quispiam: ‚at Pers. vv. 158 sqq coryphaeus particeps est tetrametrorum'. si poeta lege quadam iubebatur tetrametros adhibere et scaenae compositio flagitabat, ut choryphaeus responderet, facere non poterat poeta, quin, ut illi legi satisfaceret, alteram migraret. fortasse sententia mea adiuvatur eo, quod chorus in tetrametris Pers. vv. 703 sqq dialogo abstinet, 759 in trimetris interest.

Quibus perpensis haec quoque analogia vera erit. in comoediae vere Atticae cantilenis numquam non tantummodo versus longi fuerunt dialogusque nonnisi trimetros exhibuit; contra in tragoediae choricis numquam non solummodo trimetri fuerunt et histrionum partes antiquitus tetrametros exhibuerunt. dux chori comici assuefactus versibus longis numquam didicit trimetros recitare, neque poetae a se impetrare potuerunt, ut ob id ipsum, ut coryphaeus una colloqueretur, dialogum tetrametris scriberent; sed sunt conati (cf. p. 56), et fortasse inceptum ad finem perduxissent, nisi versus longi comoediae Doricae ad comoediam Atticam accessissent. antiquissimam autem tragoediae compositionem constitisse ex monologis deinde dialogis histrionum tetrametris et chori canticis iudicamus; deinde trimetri choryphaei praefixi sunt choricis neque, cum quodam modo discrepantia fieret inter histrionum metra et choryphaei, audacius dici videtur, licet *μάλιστα λεκτικὸν τῶν μέτρων τὸ ἰαμβεῖον* sit, studium exaequandi numeros choryphaei et dialogi magnam vim habuisse ad tetrametros eiciendos.

Parabasim, quae proprie dicitur, adhuc silentio praetermisi; neque ulla commemorandi occasio data erat, quia, quamquam ‚*οἱ ἀνάπαιστοι*' in parabasi inveniuntur, prorsus alieni sunt a ceteris canticis (exc. Ach. vv. 1143), quibus esse radicem communem, ut aiunt, cum parabaseos canticis et epirrhematis

choreutis singulas allocutiones Arnold (die Chorpart. b. Arist. p. 19) attribuit. quod ut hic facere vetamur, ita in Vespis: et hic et illic unus loquitur choryphaeus. assentitur Ziel. Gl. 252 53.

comprobavi. ergo parabasis eo demum tempore anapaestis instructa est, quo scaenae *κατὰ σχέσιν* compositae cum trimetris conglutinati erant, cum cantica, quibus illae scaenae exornatae sunt, anapaestos non noverint; sed ne in parabasibus quidem secundariis magis versantur anapaesti, quam in ceteris stasimis; itaque, cur illi uni lumini carminum comicorum insideant, causae nunc indagandae sunt.

Anapaestos dixi, et si cogere licet ex eo, quod permultis locis legimus *τοῖς ἀναπαίστοις*, huius parabaseos partis antiquitus proprios esse anapaestos, quis est qui dubitet, quibus temporibus se applicaverint ad parabasim. quamquam autem notum est Aristophanem non semper anapaestos in usum vocasse, ut docent Nubes et frgmt. Amphiarai 18, tamen nil impedit, quominus suspicemur parabases eius imprimis exhibuise tetrametros anapaesticos; itaque hoc metrum ex eo vocatum est *Ἀριστοφάνειον* (Hephaest. 48, 7)[1]), quamquam iam Epicharmo usitatissimum erat. at novimus Eupolideum Heph. 112, 10, Cratineum Heph. 100, 14, Pherecrat. H. 61, 3 (cf. Leo: Plautinische Cantica und die hellenistische Lyrik p. 66[2])), Platonicum 95, 10, Theopompeum 81, 9, et per analogiam Aristophanis concludo ea quoque metra appellata esse ab nominibus illorum poetarum, quia praecipue in parabasi apud eos in usu erant. hoc autem rectum esse aliud exstat testimonium. chorus Atticus aliquando fuit *κῶμος*, qui per vicos et oppida vagabatur cum hominum cavillationibus et ludificationibus[3]). hanc prisci chorici indolem petulan-

---

1) iam Cratinus p. 225 CLV et Crates p. 242 I usi sunt anapaestis parabaticis.

2) agon enim anapaesticus omnibus poetis communis erat.

3) veriloquium, ex quo *κωμῳδία* ex *κώμη* et *ᾠδή* composita sit cum aliis locis invenitur tum Kaib. frgmt. p. 12. narratio autem, quae pertinet ad agricolas ab civibus violatos, qui dicuntur comoediam condidisse, etiam Aristoteli non est ignota, ut testificantur

tissimam et lascivam eandemque interdum severam et epirrhemata et cantica parabaseos et ceterorum carminum magna copia servaverunt. etenim Ach. 676 queruntur, qui apud Marathonem pugnaverunt, 692 provocant ad populum, 836 multae ante oculos nobis proponuntur figurae, quas aspere tractat chorus, 1150 Antimachus et Cratinus male audiunt, Equit 975 Cleon., 1203 Thumantis, 1281 Arisphrades, 1294 Cleonymus, Vesp. 1265 Amynias, 1280 Ariphrades, Pac. 775 Clarcinus eiusque filii, 797 Morsimus et Melanthius. aliis locis de se ipse loquitur chorus ut Ach. 971 Equit. 565 Vesp. 1071, 1101, Pac. v. 1127; in parabasi autem, quae proprie vocatur, suis de doloribus et gaudiis exponunt poetae. quid autem valet poeta in cantu populari? quin etiam ne populares quidem versus omnes poetae sibi elegisse videntur, ut Aristophanes [1]), et Platon eo progressus est, ut novum metrum satis contortum fabricaretur.

Quamquam igitur non ab omni parte certum est anapaestos huius parabaseos partis solos proprios esse, illud tamen concedi debet, ‚parabasim' primitus alienam fuisse a primo comoediae Atticae stasimo.

Orta autem esse videtur ‚parabasis' ex commatio.

---

eius verba in libello, quem scripsit de arte poetica 1448 a 37. . . *ὡς κωμῳδοὺς οὐκ ἀπὸ τοῦ κωμάζειν λεχθέντας ἀλλὰ τῇ κατὰ κώμας πλάνῃ ἀτιμαζομένους ἐκ τοῦ ἄστεως.*

1) Dorici enim sunt anapaesti; ceterum hoc metrum Aristophani aliter sonabat ac Doriensibus. Aristophani tantum sollemnitatis et gravitatis in eo inerat, ut nobilissimo loco comoediae ei videretur accommodatissimum. cf. etiam Equit. 1316 sqq. mihi quidem dure sonant hi versus longi et graves in dialogo comico, licet ad ingenium Doricum optime quadrent.

Vita.

Natus sum Hermannus Eduardus Sieckmann pridie Kal. Jun. a. 1885 Mindeni Guestfalorum, quod oppidum mihi carissimum ad Visurgim flumen situm est, patre Hermanno, quem crudeli morte mihi admodum puero infanti ereptum esse vehementer doleo, matre Mathilda de gente Gramcko, quam superstitem esse summe laetor; fidem profiteor evangelicam. ludo absoluto frequentavi gymnasium urbis patriae per novem annos; deinde maturitatis testimonio instructus a. 1903 Gottingam petii, ut studiis philologicis me darem, neque adhuc discessi ab Alma Matre Georgia Augusta, praeterquam quod semestre aestivum a. 1904 Berolini degi. docuerunt me viri illustrissimi Wilamowitz, Vahlen, Geldner, Helm Berolinenses, Leo, Schwartz, Schröder, Heyne †, Wackernagel, Dilthey, Baumann, Husserl, Meißner Gottingenses; sodalis fui philologici et germanici et archaeologici seminariorum; ad exercitationes philosophicas Baumann, ad grammaticas Wackernagel, ad philologicas Leo aditum mihi benigne concesserunt. quibus omnibus hoc loco debitas gratias dico maximas; praecipue vero Friderico Leo, quippe qui opusculo meo inde ab initio funditus faverit.